



Carl Eduard Julius Burmeister    Johann Friedrich Besser

## **1) De locis quibusdam Luciani quaestiones criticae. P. I. 2) Fortsetzung der Schul-Chronik**

Güstrow: Gedruckt bei H.H.L. Ebert's Erben, 1845

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1671032497>

Druck    Freier  Zugang        OCR-Volltext

# Güstrowsche Schulchriften.

Neuntes Stück.

- 1) De locis quibusdam Luciani quaestiones  
criticae. P. I.

Scripsit

**C. E. J. Burmeister,**

Phil. Dr. Gymn. Güstrov. Magister ordinarius.

- 2) Fortsetzung der Schul-Chronik.

Womit

zu der am 13. und 14. März  
anzustellenden

**Prüfung der Dom- und Bürgerschule**  
alle

Gönner und Freunde dieser Anstalten

mit gebührender Achtung einlabet

**Dr. Johann Friedrich Besser,**

Oberschulrath, Professor und Director der Domschule.

---

**Güstrow.**

Gedruckt bei H. H. L. Ebert's Erben.

1845.



*at M. 32/6. J. x*



Schultheißen  
Vollmacht



Stellung der Beamten und Bürgermeister

Gegen und Kunde dieser Besten

Dr. Johann Friedrich Meißner

Gülden

1795

Johann Friedrich Meißner



2

**M**aximam sui expectationem fecerat editio Luciani Parisiensis a G. Dindorfio parata, cum unicuique persuasum esset, a tanto viro, de plurimis Graecis scriptoribus optime merito, egregiam quandam ac singularem in expoliendo scriptore facetissimo, quem prorsus ignorare hodie paene probro vertitur, operam collocatum iri. Quae spes etsi non omnino, tamen magna ex parte homines nostri scriptoris studiosos frustrata est. Quamquam enim nonnulla ab ipso bene emendata, alia optimo jure ad pristinam scripturam revocata, alia ex eorum, qui post Jacobitzium in Luciano interpretando operam posuerunt, sententia feliciter mutata leguntur, tamen permulti, immo plurimi loci, de quibus sub iudice lis erat, aut audacissime aut negligentissime tractati, quidam vero etiam tam misere corrupti sunt, ut hac editione multum profectum esse vix dicas justaeque Jacobitzii laudes non modo nihil deminutae, sed etiam aliquantum auctae videantur. Namque quum critica adnotatione plane careat edit. Dindorfiana neque conjecturarum vel audacissimarum ulla adjecta sit significatio, iis, qui quid Lucianus scripserit certo cognoscere student, etiam posthac ad egregiam illam Jacobitzianam confugiendum erit. At nolo clarissimi viri acerbum agere vituperatorem, qui probe intelligam, plurimum culpa in librum Parisiensem inferendum esse, cujus interesset, quo



popularium optatis satisfaceret, quam celerrime Lucianum qualicumque doctissimi viri cura emendatum in publicum emittere quique idem praefationem satis magniloquam sua sponte conficiendam curavit. Certum est, multos Luciani locos etiam nostro tempore non satis intellectos esse, multos etiamnum gravissimis mendis obrutos legi, multos etsi recte intellecti videantur, tamen minus recte scribi in editionibus. Quam quidem rem passim paucis attigerunt, qui de editionibus vel singulorum libellorum vel totius Luciani nuper in lucem prolatis aut de certis quibusdam scriptoris locis hic illic judicaverunt, Halmium <sup>1)</sup> dico, Janium Suenofurtensem <sup>2)</sup>, Geistium <sup>3)</sup>, Schneidewinum <sup>4)</sup>, Baumstarkium <sup>5)</sup>, Ameisium <sup>6)</sup>, Keilium Portensem <sup>7)</sup>, Jacobum <sup>8)</sup>,

- 1) In cens. edit. Jacobitz. T. I. II., ins. *Annal. Crit. Berol.* 1838. Vol. II. N. 29. sqq. et ed. Diendorf., quae legitur in *Sched. Darmst.* 1841 N. 154—156.
- 2) In cens. libri Geistiani inserta Jahn. *Annal.* T. XXXI, 4. pag. 385—393.
- 3) *Ausgewählte Schriften Lucians*, Darmstadt 1840, in praefatione bonae frugis plenissima.
- 4) qui *Conj. crit.* p. 144 *Nigrin.* 38 pro vulg. ἐπᾶν optime καίριαν restituit et *Somn.* 4 pro vulg. τὴν νόχῃς ὄλην egregiam Steigerthalii conjecturam τὴν σκετάλην jure commendavit.
- 5) *Symb. crit. et exeget. ad Luciani Dem. Enc.* in *Sched. Darmst.* 1842 p. 1019—1024.
- 6) *Cens. diall. Luc.* ab Eysellio et Weismanno, a Seyfferto, a Kochio editorum in *Jahn. Ann.* XLI, 2 p. 131—162. Quem virum doctissimum ut in Graeca lingua optime versatum, ita a Luciani familiaritate aliquantulum abesse judicamus, qui, ut unum afferam, *Gall. c.* 26 cod. *Gorl.* mendo inductus Simoni invito, credo etiam vetante Luciano, paullo facetius canem comitem dederit.



alios. Sed quum intellexissem, haud pauca inveniri, quae aut certa dijudicatione indigeant aut adhuc doctorum operam prorsus illuisse videantur, hac oblata scribendi potestate quid de aliquot nostri locis sentiam in publica luce ponere tanto minus dubitavi, quo scirem, qui hodie Luciano operam impendat, eum neque non necessariam neque omnino ingratam rem aggredi videri.<sup>9)</sup> Incipiam

- 7) Sched. Darmst. 1843 p. 830, justa illum laude dignum propter unam, sed egregiam, conjecturam, qua Tim. 15 corruptum quod vulgo legitur *Σύραις, Σησαροῖς* scribendo optime sanavit, quidquid contradicit Ameisius l. l.
- 8) Cens. libri Schoeniani in Jahn. Ann. T. XXV, 3, 281—291.
- 9) Ante aliquod tempus nonnullae veteres Luciani editiones in manus meas pervenerunt, quas, cum in indice editionum Lehmanniano desiderentur ac prorsus ignotae esse videantur, hic memorabo, quamvis in iis aliquantum ad Lucianum emendandum subsidii inesse vix credam. — 1. *Luciani Samosatensis Deorum Dialogi, Dialogi Marini, Inferni Dialogi. Lovanii apud Theodoricum Martinum Alustensem An. MDXX Mense Julio.* — 2. *Luciani Samosatensis Dialogi aliquot Graeci lepidissimi in usum studiosorum delecti cet. Basileae apud Valentinum Curionem Mense Febr. An. MDXXII.* Insunt: Somnium s. vita Luciani, Prometheus in verbis, Nigrinus, Timon, Necyomantia, Icaromenippus, Dial. meretr. I, VI, X, XIV, Convivium s. Laphthae, Muscae Encomium. Bona editio, in multis cum Florentina congruens, sed quae illius menda typographica plerumque corrigat. In praef. Aldinae (prioris) mentio fit; tamen ad eam expressam esse non puto. — 3. *Λουκιανοῦ Σαμοσατεύως ἐν-άλιοι διάλογοι ιε. Antverp. in aed. Ioann. Steels. An. MDXLVII.* 4. *Λουκιανοῦ Σ. Χάρων ἢ Ἐπισκοποῦντες. Ibid. eodem anno.* — 5. *Λουκιανοῦ Σ. Τόξαρις ἢ φιλία. Ibid. eod. anno.* — 6. *Λουκιανοῦ Σ. νεκρικοὶ διάλογοι λβ. Ibid. MDLI.* — 7. *Λουκιανοῦ Σ. ὄνειρος ἢ ἀλεκτροῶν. Ibid. MDLII.*



autem a loco, qui est Pisc. 28: Παύσασθε ἐπαινοῦντες· ἔγχει τῷ ἀπολογουμένῳ· σὺ δὲ, ὦ Παρρήσιαδῆ, λέγε ἤδη ἐν τῷ μέρει σοὶ γὰρ τὸ ὕδωρ ρεῖ νῦν. Locus est ex iis, quos non inspectis codd. scripturis sanissimos habueris. De re, quum ex oratoribus graecis in vulgus nota sit, non est quod moneam. Sed verba corrupta sunt. AB<sup>10</sup>): ἴσθι γὰρ τὸ νῦν ρεῖ. D: ἴσθι γὰρ τὸ ὕδωρ νῦν ρεῖ. Scribe quaeso haec verba majoribus litteris MEPEICOI, intelliges ineptum illud ἴσθι librarii errante calamo MEPEICΘI scribentis culpa ortum totumque locum, omisso τὸ ὕδωρ, quod glossema est, ita scribendum esse: σοὶ γὰρ τὸ νῦν ρεῖ. Τὸ ὕδωρ irrepsit in D et restituto σοὶ mutataque vocum νῦν et ρεῖ sede in editionibus obtinuit. Omissi in hujusmodi locutionibus voc. ὕδωρ tria exempla habes Bis Acc. 16: ἐκεῖνης γὰρ τό γε νῦν ρέον — τὸ ἀπὸ τοῦτου ἐμοὶ ρευσάτω — πλὴν ἔγχει τὸ ἴσον ἐν τῷ μέρει.

DD. 20, 16: ἈΦΡ. Ὑπισχοῦμαι δὴ σοὶ τὴν Ἑλένην παραδώσειν γυναῖκα καὶ ἀκολουθήσειν γε ἐπ' αὐτήν καὶ ἀφίξασθαι παρ' ἡμῶς ἐς τὴν Ἴλιον καὶ αὐτὴ παρέσομαι καὶ συμπράξω τὰ πάντα. B: γε ἐπὶ αὐτήν. M: γέ σοι ἐπ' αὐτήν. Hic verbis ἐπ' αὐτήν interpretes etiamnum jure offenduntur. Nam etsi recte dicere potuit Venus, se Paridi Helenam nuptum daturam unaque ad illam Lacedaemonem profecturam, quo celerius Trojani amore caperetur, tamen minime Trojam se migraturam pollicita fuisse putanda est, ne dicam, postrema verba, quibus se Paridi auxilio futuram diserte pronuntiat, ita prorsus supervacanea fore. Intellexit Hemsterhusius primum tantum infinitivum ad Venerem, ceteros ad Helenam spectare ideoque ἐπ' αὐτήν

10) Codices siglis Jacobitzianis noto.



explicari non posse. Quamobrem coniecit ἔτι αὐτὴν, quam conjecturam probarunt Poppo, Lehmannus, Jacobitzius, recepit etiam Fritzschius, „non tamen ut certo certiozem, „neque enim ἔτι satis aptum esse, sed quia ad sensum „magis tamen ferri posset librorum lectione“, ἐπὶ cum Seyboldo deleturus, si haec medela levis videretur. Seidleri ἐπὶ αὐτὴν minime ferendum esse liquet. Vides, medelam huic loco satis aptam nondum inventam esse; qua quidem re commotus audacior quidem, attamen, credo, non ab omni veri specie abhorrentem opinionem proferam, ita iudicans, locum sanari non posse, nisi verba ἐπὶ αὐτὴν ut miserum glossematis fragmentum prorsus egeris. Quod si factum erit, omnia recte se habebunt. Promittit Venus Paridi τὴν Ἑλένην παραδώσειν γυναῖκα καὶ ἀκολουθήσειν γε (sc. αὐτὴν) καὶ ἀφιξέσθαι παρ' ὑμᾶς κ. τ. λ. Subjecta satis constat facile a Graecis ita mutari, ut alterum ex iis, quae antecedunt, supplendum sit, praesertim si aut ita comparata sit oratio, ut in errorem dubitationemque lector incidere vix queat, aut commotior procedat. Thuc. I, 43: Ἡμεῖς δὲ — νῦν παρ' ὑμῶν τὸ αὐτὸ ἀξιοῦμεν κομίζεσθαι, καὶ μὴ τῇ ἡμετέρᾳ ψήφῳ ὠφεληθέντας τῇ ὑμετέρᾳ ἡμᾶς βλάψαι (sc. ὑμᾶς). Zeux. 9: ἐκέλευσεν — τότε ἀνὰ τέτταρας τῶν ἐλεφάντων ἀπαντᾶν ἐφ' ἑκάτερα τοῖς ἵππεῦσι, τοὺς ὀκτὼ δὲ ἀντεπαρεῖναι (sc. τὸν Ἀντίοχον sive τοὺς στρατιώτας) τοῖς ἄρμαθῆλάταις καὶ συνωριασταῖς. Xen. Anab. VI, 3, 5; VII, 3, 3; Plat. Euthyd. p. 275 B. Born. ad Xen. An. II, 4, 2; Heindf. ad Plat. Theaet. p. 303. Luciani orationem mancam ratus nescio quis scholiastes λείπει αὐτὴν in margine adscripsisse videtur, quae verba inepte depravata librariorum negligentia postea ipsi scriptori obtrusa esse suspicor. Eodem modo saepe participiis subjectum male in codd. additum legitur, cuius rei insigne



exemplum habemus VH. I, 11: συμφησάντων δέ, ubi perperam ex M. ἤμων Schmied. et Lehm. addiderunt; uncis inclusit Jacobitz. Immo prorsus delendum est. Cf. Somn. 3: σκληρότερον κατενεγκόντες (sc. ἑμοῦ) ὑπ' ἀπειρίας. Tim. 9: μαχομένων γὰρ πρὸς ἀλλήλους καὶ κεκραγόντων (sc. τῶν φιλοσόφων). Tox. 25: ταῦτα διεξιόντος (sc. ἐκείνου), ubi vid. Jacobitz. Xen. An. VII, 7, 40 ἀποδιδόντος (sc. σοῦ). VH. I, 23: ὀπτωμένων δέ, ubi male diversis locis AC τῶν βατράχων interponunt.

Herod. 1: Ἄ δὲ ἐποίησεν ἐπὶ τοῖς συγγράμμασι καὶ ὡς πολλαχῶς τοῖς Ἑλλήσι γνῶριμος ἐν βραχεῖ κατέστη, καὶ ἐγὼ καὶ σὺ καὶ ἄλλος ἂν μιησαίμεθα. Legebatur in antiquis codd. et edd. πολλαχῶς τοῖς Ἑλλήσιν ἐν βραχεῖ κ. τ. λ. manca oratione. Guyetus primus conjectura γνῶριμος inseruit, quod postea in Ud inventum receperunt recentiores. Sane non parum auxilii haec scriptura capit ex Harm. 2: εἰ — οὔτοι ἐπαινέσονται σε, ἅπασιν Ἑλλήσι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνῶριμος ἐν οὕτω βραχεῖ. Pseudol. 26: ὡς καὶ ἐπὶ τούτῳ ἔνδοξος ἐν βραχεῖ καὶ γνῶριμος ἅπασι γεγένησαι. Herod. 3: ἀφ' ὧν γνῶριμοὶ ἐν βραχεῖ ἐγένοντο. Attamen recte vidit Struv. L. L. p. 240 ne ita quidem satis bonam effici sententiam, quum πολλαχῶς i. e. *multiplici ratione* Graecis innotuisse Herodotum dicere scriptor non debeat, sed *cunctis simul* in ore fuisse. Quaerendum igitur vitium in πολλαχῶς, ut monet etiam Jacobitz.; minime vero probō Struvii conjecturam πολλοῖς οὔσι (cur enim adderet Lucianus, *multos* fuisse Graecos), sed omisso voc. γνῶριμος, quod nulla fere nititur auctoritate, haud dubitanter repono: καὶ ὡς πολλοῦ ἀξίος τοῖς Ἑλλήσιν ἅπασιν ἐν βραχεῖ κατέστη. Cf. M. C. 23: οὐ πάνυ εὐδόκιμος ἔση οὐδὲ πολλοῦ ἀξίος τῷ δεσπότῃ. Bis Acc. 17 de Polemone effrenata libidine corrupto dicit Academia: τοῦτον, ὃ ἄνδρες δικασταί, παραλαβοῦσα



— ἀνένηφα καὶ ἀντὶ ἀνδραπόδου κόσμων ἀνδρωπον καὶ σώφρονα καὶ πολλοῦ ἄξιον τοῖς Ἑλλησιν ἀπέδειξα. Tim. 3. Ἀπασιν ex A addendum est propter ea, quae paullo infra sequuntur: ἐπεβούλευε δέ, εἰ δυνατόν εἴη, ἀθρόους που λαβεῖν τοὺς Ἑλληνας ἅπαντας. Harm. 1: καὶ τί ποιοῦντα εἴσονται με οἱ Ἕλληνες ἅπαντες.

Zeux. 1. Lucianus, quum quondam palam habita oratione ita omnium, qui audiverant, animos mentesque cepisset, ut novo et jucundo orationis argumento egregiaque oratoris solertia et artificio mirum in modum deliniti domum redeuntem summis laudibus prosequerentur, ita dicit: οἱ μὲν τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγον, ὡς ἐκεκίνηητο δηλαδὴ ὑπὸ τῆς ἀκροάσεως. Parum esset, si Lucianus auditores commotos tantum rei novitate diceret, neque hoc sequentibus verbis ἢ τίνα γὰρ ἂν αἰτίαν εἶχον ψεῦδεσθαι καὶ κολακεύειν ξένον ἀνδρωπον satis conveniret. Male vertitur: „pro ut nimirum ab auditione moverentur“; ὡς—δηλαδὴ respondet Latinorum *quippe qui*. Immo non commoti, sed deliniti et permulsi dictionis suavitate ejusmodi voces jactabant. Quamobrem legendum est ἐκεκίνηητο, quae vox proprie dicitur de iis, qui cantu audientium aures mulcent, deinde ad poëtas, oratores atque etiam ad omnes res, quae hominum animos mirum in modum delectant, transfertur. Herm. 72: καὶ ὅμως ὁ πολὺς λεῶς πιστεύουσιν αὐτοῖς καὶ κηλοῦνται ὀρώοντες ἢ ἀκούοντες τὰ τοιαῦτα διὰ τὸ ξένα καὶ ἀλλόκοτα εἶναι. Jov. Trag. 39; de Dom. 19; Imag. 14; DD. 19, 2; al. Latini ita dicunt *mulcere, permulcere, delinire*. Accedit quod et κηλεῖν et κινεῖν saepe librariorum vitio corrumpuntur. Necyom. 10 nunc legitur ἐκλήθη ὑπὸ τοῦ μέλους, vulg. ἐκοιμήθη. Ibid. 3: πάντα ταῦτα ἐνόμιζον εἶναι καλὰ καὶ οὐ παρέργως ἐκνώμην πρὸς αὐτά, vulg. ἐκινόμην. Diog. Laert. VII, 114: κήλησις, ἡδονὴ δι' ὠτων κατακηλοῦσα,



vulg. κατακλῶσα. — Ejusd. lib. c. 3 inepte legitur ὁ Ζεῦ-  
ξίς αὐτός. Vocis αὐτός hic nullus locus est, quamobrem  
cum Jacobitzio exstinguo, non eo usus argumento, quod  
desideratur in cod. Bodlej., sed quia ex cap. 7, ubi iterum  
et recte quidem legitur ὁ Ζεῦξίς αὐτός, a librariis huc  
inferri poterat.

De consc. hist. 4: Καὐτός οὖν, ὃ Φίλων, ὡς μὴ μόνος  
ἄφωνος εἶην ἐν οὕτω πολυφώνῳ τῷ καιρῷ μηδ' ὡςπερ κωμι-  
κὸν δορυφόρημα κεχηγῶς σιωπῇ παραφεροίμην—. F. in marg.  
γρ. πολυφωνοτάτω (sic) pro πολυφώνῳ. Scriberem ἐν οὕτω  
πολυφωνοτάτῳ τῷ καιρῷ, qui superlativus huic loco optime  
convenit, si plurium codd. auctoritas accederet. Namque  
non ita raro οὕτω cum superlativo conjungitur, neque iis  
tantum locis, quos attulerunt Lob. ad Phryn. p. 424 (App.  
Punic. VIII, 1 et Aesop. Fab. LVII) et Jacobitz. ad Tim.  
18 p. 29 (Aesch. c. Timarch. §. 182 Bekk.); cf. Luc. Tyr.  
15: μὴ γὰρ οὕτω ῥᾶστον μηδὲ εὐχερὲς ὑπολάβητε εἶναι τὸ  
πρᾶγμα, ubi Reitz. meminit Lucill. Anth. XI, 100: Οὕτω  
κουφώτατος πέλε Γάϊος, ὥστ' ἐκολύμβα. DD. 5, 1: ἀφελὲς οὕ-  
τω καὶ ἀλυπώτατον. Astrol. 24: οὕτω δὲ αὐτοῖσι χρῆμα ἰρό-  
τατον ἢ μαντοσύνη ἐδόκεεν. Charid. 15: οὕτω δὴ σεμνώτατον  
καὶ θειώτατον τῶν ὄντων ἐστίν. Ibid. 25: διὰ τοῦθ' οὕτω πο-  
λυτελεστάτους ἅμα μετεσκεύασε καὶ καλλίστους. Ejusdem par-  
ticulae cum compar. junctae duo exempla attulit Lobeck.  
l. 1.; vide etiam Bernh. synt. p. 424 Adn. 83. Neque aliter  
Latini. Cic. Phil. XII, 5, 11: nondum erat vestris tam  
gravissimis tamque multis judiciis ignominiisque concisus.  
Lael. 23, 86; Suet. Cal. 35; Tac. A. 1, 53. Ern. clav. v.  
tam. Rudd. ed. Stallb. II. p. 306. Adeo c. superl. copu-  
latur Cic. de off. I, 11, 37.

De consc. hist. 15. Vituperato ineptissimo Thucydidis  
imitatore pergīt Lucianus, dicens, sua aetate bene multos



esse rerum scriptores, qui vocibus quibusdam et locutionibus e summo historico petitis verbisque ejus paullulum immutatis germanos Thucydidas se futuros credant, his verbis: καὶ γὰρ αὐτὸ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολὺ νῦν ἔστι τὸ οἶσθαι τοῦτ' εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἑοικότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις μικρὰ ῥάκια, ὅπως καὶ αὐτὸς ἂν φαίη, οὐδὲ αὐτὴν ἴδια. Κάκεινα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον —. De re C. F. Hermannus recte comparavit Quinct. Inst. X, 2; Dion. Art. Rhet. X, 19; Jov. Trag. 14; quibus addo Cic. Orat. 9, 32. Locus, quem dedimus ex recens. Jacobitzii, ex vexatissimis est neque nunc post multas multorum curas satis emendatus. Lehm. ita ediderat: μικρὰ κάκεινα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίη, οὐδὲ αὐτὴν, νῆ Δία, κάκεινα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον, quo nihil cogitari potest perversius. Pessime egerunt Graevius, Gronovius, Rudolphus, alii, qui locutiones hasce: μικρὰ κάκεινα et ὅπως καὶ αὐτὸς ἂν φαίη et οὐδὲ αὐτὴν, νῆ Δία et κάκεινα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον tanquam Thucydidi familiares ab ineptis imitatoribus suis scriptis adpersas esse, Lucianum dicere voluisse opinati sunt; contra quos rectissime observavit Herm., neque ullum earum dictionum vestigium apud Thucydidem reperiri, neque si verba νῆ Δία κάκεινα ὀλίγου δεῖν παρέλιπον Thucydidia habueris, particulam γὰρ ullo modo explicari posse. Idem addit p. 22 not.: „Pro οὐδὲ corrigo οὐδ', pro νῆ Δία „e codd. vestigiis ἡδέα, quod medium est αὐτὴν, levi immutatione fuerit ἀκούειν. τ et 8 saepe confunduntur. En „tibi locum integritati suae restitutum: — εἰ τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις. Μικρὰ κάκεινα, οὐδ' ἀκούειν ἡδέα. Κάκεινο κ. τ. λ. „Nisi fortasse (!) praestat μικρά: detestanda haec et ipsa „nec auditu jucunda.“ Quae postrema posuit verba vir clarissimus nemini probabit; quamvis enim sciamus μικρὸς et μικρὸς haud raro in codd. Luciani confundi (vid. Jaco-



bitz. ad Catapl. 12 p. 29), minime tamen credimus, probi scriptoris verba si parum apte a stolido imitatore suis inferantur, detestanda haberi dicique posse. Quod ne de Virgilianis quidem versibus, quibus parum honesto consilio in centone illo usus est Ausonius, quisquam dixerit. Cetera Hermanni non improbarem, nisi codd. verba μικρὰ κάκεινα corrupta esse demonstrarent. Pro iis H et E (a rec. man.) praebent μικρὰ κάκεινο, F. M.: μικρὰ κάκλα, a: μικρὰ κάκλα. Egregie emendavit Jacobsius apud Fritzschiū<sup>11)</sup> scribendo μικρὰ ῥάκια i. e. *pannuli minuti*, quo vocabulo, etsi in eadem sententia alibi legere non memini, Lucianus non inepte stultos imitatores scriptiunculas suas quasi aliquam vestem pannulis Thucydidi hinc inde evulsis consuere dixisse putandus est, praesertim quum alias ῥάκιος et ῥάκιον tropica significatione frequentet. Ita πολυσχιδὲς ῥάκιος hominem dicit „divitiis et voluptatibus corruptum atque ad nullos amplius usus idoneum“. (Hemst. ad Tim. l. l.) Tim. 32; MC. 39; Pseudol. 18. Paras. 10 Ulixes Trojam ingressurus induisse dicitur κατὰ καὶ Στωϊκὰ ῥάκη. Accedit quod in iis, quae subsequuntur, oratio aperte cum veste aliqua comparatur. Quod si concedimus, hanc conjecturam, probatam illam ab omnibus, qui deinceps nominabuntur, viris doctis, haud exiguam veri speciem praese ferre, jam videndum est, quid ceteris verbis, quorum in vulgata scriptura nulla est explicatio, fieri oporteat. Leve est, quod pro vulg. ὡς Jacobitz. ex opt. codd. ἔπως edidit; major est in reliquis discrepantia. Scilicet pro διὰ ἀπὸν V habet διὰ ἀπὸν, pro ἴδια ATVY ἴδια, v. et F. G. ὡς ἴδια, EΦ: ἡ ἴδια, H: ἡ ἴδια, quae varietates satis luculenter

11) In cens. ed. Herm., inserta Diar. Schol. Lips. 1830 p. 235 sqq.



ostendunt vulg. νῆ Δία servandum esse. Quod si facien-  
 dum est, deinde apparet, νῆ Δία pertinere ad sequentia,  
 non ad οὐ δὲ αὐτήν; namque in negativa oratione Lucianus,  
 diligentissimus Atticorum scriptorum sectator, hanc  
 formulam nunquam usurpavit; cf. Fritzs. Quaest. p. 58.  
 Eodem modo his verbis post majorem interpunctionem  
 pergitur c. 25: νῆ Δία κακείνο κομιδῆ πιδανόν. Restant igitur  
 verba οὐ δὲ αὐτήν, quae ad μικρὰ ῥάκια spectant sententiamque  
 claudunt. Fritzschius l. l. conjecit: εἰ ὀλίγον ἐν-  
 τρέψας τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις, μικρὰ ῥάκια, ὡς καὶ αὐτὸς  
 ἂν φαίησ, οὐ τηλαυγῆς πρόσωπον, Pindari verba Ol. 6, 4  
 innui putans, quae repetita legas Hipp. 7: κατὰ γὰρ τὸν  
 καλὸν Πίνδαρον, ἀρχομένου ἔργου πρόσωπον χρῆθίμεν  
 τηλαυγῆς. Quae paullo audacius proposuisse videtur vir  
 clarissimus; certe voc. πρόσωπον in codd. nec vola nec  
 vestigium apparet. Halmius Sched. crit. Berol. 1838 N. 29  
 scribendum censuit οὐ διάρκη, νῆ Δία i. e. pannuli minuti,  
 neque profecto sufficientes; non inepte quidem, si modo  
 νῆ Δία in negativa sententia poneretur. Idem mutata  
 paullo post sententia Sched. Darmst. 1841 N. 156 p. 1325  
 proposuit οὐ Θουκυδίδεια, quae si scripsisset Lucianus, pro-  
 fecto librarii non tam mire corrupissent. Aliam viam in-  
 gressus est Geistius, vir acutissimus, praef. p. XXII: *Ich ver-  
 muthe, inquit, dass statt οὐ δὲ αὐτήν ἴδια zu lesen sei: οὐ  
 δὲ βαρον ἴδαν. Wenn ῥάκια richtig ist, so wird der Styl des  
 Geschichtschreibers, wie auch am Schlusse des Cap. geschieht,  
 mit einem Gewande verglichen; diesem Gewande sind ein-  
 zelne Purpurlappen aus Thucydides aufgenäht (pur-  
 pureus, late qui splendeat, unus et alter Assuitur pannus.  
 Hor. AP. 15 f.) und es scheint ganz passend, wenn die Be-  
 merkung hinzugefügt wird, dass diese Lappen nicht ein jenem  
 Geschichtschreiber als eigen angehörendes Purpurge-*



wand bilden. Noch bemerke ich, dass auch an der von Fritzsche citirten Stelle, wo das Wort ῥάκια ausserdem bei Lucian vorkommt, Gall. c. 14, den ῥάκια πιναρά, welche dort im eigentlichen Sinne stehen, entgegengesetzt werden ἀλουργῆ καὶ ὑσγινσβαφῆ. Das Wort δίσβαφος findet sich zwar meines Wissens bei keinem griech. Schriftsteller, die Art aber wie Cicero [Fam. II, 16, 7] und Plinius [9, 63] dasselbe gebrauchen, berechtigt zu der Annahme, dass es ein ganz gewöhnlicher Ausdruck war.“ Attamen vix credam, verum vidisse virum doctissimum; tametsi facile concedimus, verbum δίσβαφος Graecis non inusitatum fuisse, Lucianus tamen nusquam utitur, neque omnino licet interpretibus corruptos scriptorum locos restituturis verba minus comprobata venari; praeterea loci, qui est Gall. c. 14, longe alia est ratio et non solum supervacaneum, sed etiam molestum esset ἰδίαν. Quod qui intellexit Janius Jahn. Ann. XXXI, 4 p. 390 scribendum putat οὐ διαυγῆ νῆ Δία i. e. *kleine Lappen, die wahrlich nicht zum Prunke dienen*, nixus ille Galei Opusc. myth. p. 749 de veste Melissa: Παρατητέον γὰρ αὐτὰν τὰν διαυγῆ καὶ διαπύρφυρον. Sed ἐσθῆτες διαυγεῖς non sunt in universum splendidae vestes et magnificae, sed pellucidae, magno pretio venales, χιτωνία διαφανῆ (Arist. Lys. 48), quales fuerunt Coae<sup>12)</sup>, ne dicam, quod supra monitum est, νῆ Δία a sententia negativa abhorrere. Sed quid tandem huic loco fiet? Fuit, quum μικρὰ ῥάκια — καὶ διαυγῆ conjicerem, hoc sensu: pannuli minuti et pellucidi i. e. *qui parum tegant atque adeo in clara luce ponant miserum imitatoris ingenium*; neque prorsus inepte, quum librarii οὐ et καὶ (cf. varr. lect. Tyrann. 12) atque αὐτῆ et αὐγῆ non

12) Heindf. ad Hor. Sat. II, 2, 101; Beck. Charicl. II p. 341 sq.



raro confuderint. Vid. varr. lect. Hipp. 7 et VII. II, 5, ubi pro διαυγεις in F habetur γρ. δι' αὐτῆς. Optime huic conjecturae convenit quod Dicaeopolis Arist. Ach. 435 τὰ Τηλέφου βράκωματα vocat διοπτὰ<sup>13)</sup> καὶ κάτοπτα πανταχῆ. Sed quum διαυγεις βράκιον alias non invenerim neque parum probabile sit, in verbis οὐ δι' αὐτῆν latere vocabulum, quod et de pannis et de oratione pari modo dici possit, nunc haud sane magna mutatione propono: οὐδ' ἀνεκτὰ, i. e. (pannuli) non tolerandi.<sup>14)</sup> Αὐτὸς et ἀνεκτὸς confunduntur Alex. 57, et terminationes τ i. e. -τὰ et τ i. e. -τῆν saepissime commisceri post Schubartum monuit Jacobitzius T. I praef. p. XIII. Ita igitur Luciani verba emendanda censeo: μικρὰ βράκια, ἔπως καὶ αὐτὸς ἀν φαίης, οὐδ' ἀνεκτὰ. Νῆ Δία κάκεινο<sup>15)</sup> κ. τ. λ. i. e. pannuli minuti, sicut et ipse (me nōn monente) dicas, neque tolerabiles. Ἀνεκτὸν σικίδιον de aedificio modico dicitur Asin. 1. Locutio ἔπως καὶ αὐτὸς κ. τ. λ. iteratur Herm. 83: οὐ δὲ καὶ αὐτὸς ἀν φαίης, ὦ Ἑρμῶτιμ. Restat ut G. Dindorfii, verba μικρὰ κάκεινα—ἴδια uncis includentis, rationem mirer; ita sane haud difficile Lucianum emendaveris.

De consc. hist. 37. Lucianus uberius explicans, quali indole et eruditione esse debeat bonus rerum scriptor,

13) Dind. διόπτα καὶ κατόπτα?!

14) Nisi forte mavis οὐδ' αὐτὰ vel οὐδὲ ταῦτα ἴδια. Κάκεινο κ. τ. λ. i. e. pannuli minuti neque ii (auctoris) proprii sive ad ipsum pertinentes. Qua probata conjectura scriptor dicitur historiam confecisse neque continuam neque omnibus numeris absolutam, sed miseris quibusdam verbis locutionibusque compositam, quae et ipsa quoque a Thucydide sumserit, ita ut nihil paene relinquatur, quod ab ipso ineptissimo historico profectum dici possit.

15) κάκεινο video etiam Hermanno et Jacobitzio probari. Cf. c. 25.



postquam alias ejus virtutes nominavit, addit, eum non solum rerum civilium scientia, sed etiam aliqua rei militaris peritia instructum esse oportere, his verbis: ἀλλὰ μετὰ τῆς πολιτικῆς καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν καὶ νῆ Δία καὶ ἐν στρατοπέδῳ γεγονώς ποτε καὶ γυμναζομένους ἢ ταπτομένους στρατιώτας ἑωρακώς καὶ ὄπλα εἰδώς καὶ μηχανήματα ἔνια καὶ τί ἐπὶ κέρως καὶ τί ἐπὶ μετώπου, πῶς δὲ οἱ λόγοι κ. τ. λ. Ἔνια perobscurum esse notavit Fritzschius Quaest. p. 167; tamen quod ipse proposuit ἴδια neque Jacobitzio neque mihi satis probavit vir clarissimus. Geist. praef. p. XXIII ἐνεργά i. e. *Maschinen in Thätigkeit*, coll. Diod. 17, 44: τὰς μηχανὰς ἐνεργεῖς ποιῶντες et Phil. Math. p. 98: ἐνεργῆ δέ σοι τὰ βέλη πάντα ἔστω καὶ οἱ χριοὶ καὶ τὰ τρόπανα καὶ οἱ κόρακες. Non nego machinas bellicas, quum adhibentur ad urbem oppugnandam, ἐνεργά dici posse (Tim. 3: ἐνεργὸς ὁ κεραυνὸς ἦν), quamquam hac significatione usitatius est ἐνεργῆς, hic tamen minus convenit; cur enim ἐνεργά tantum μηχανήματα historico cognoscenda essent? Quod perspicuus Janius Jahn. Ann. XXXI, 4 p. 390 conjecit ἐνούλια i. e. machinas *Mavortias*, non magis probabili conjectura. Namque adjectivum ἐνούλιος exceptis paucissimis quibusdam seniorum locis a poetis solis usurpatur nihilque causae erat, cur hic adderet Lucianus, quum μηχανήματα bellicas machinas significare sententia ipsa satis probet. Ita c. 15 legitur τῶν ὄπλων καὶ τῶν μηχανημάτων. Quare scribendum videtur καὶ ὄπλα εἰδώς καὶ μηχανήματα, ἔτι δὲ καὶ (sc. εἰδώς) τί ἐπὶ κέρως κ. τ. λ. i. e. et armorum et machinarum aliqua cognitione instructus, praeterea etiam compertum habens, quid sit ἐπὶ κέρως cet. Ἔτι δὲ καὶ, ἔτι δέ, ἔτι καί, ἔτι τε utuntur, qui rebus ante memoratis cum vi quadam alias adjungunt. Tim. 9: πλὴν ὑπ' ἀσχολίας τε καὶ θορύβου πολλοῦ τῶν ἐπιπορευόντων — ἔτι δὲ καὶ φόβου τοῦ παρὰ τῶν



ἑεροσυλοῦντων — πολλὸν ἤδη χρόνον οὐδὲ ἀπέβλεψα ἐς τὴν Ἀτ-  
τάκην. Necyom. 3; VH. I, 33; Eunuch. 3; Philops. 7. Ἐπι  
δὲ VH. I, 3. 4; Philops. 2; Hipp. 3. Ἐπι καὶ Imag. 6;  
Anach. 27; Philops. 6; Alex. 47. Ἐπι τε Nigrin. 4; Plat.  
Alcib. I, 8.

Tyrannic. 8. Civis juvenis tyrannum interfecturus in  
arcem ascendit. Quo ubi pervenit, tyranni filium, fortis-  
simum adolescentem, obvium factum occidit et gladio in  
caede relicto discedit, sperans fore, ut senex tristissimo  
adspectu perturbatus sibi ipse mortem consciscat. Verba  
haec sunt: τίνα ἂν ὁ περιλοιπος κολασθεῖν τρόπον; ἐμοῦ μὲν  
γὰρ ἀνάξιός ἐστι καὶ τῆς ἐμῆς δεξιᾶς, καὶ μάλιστα ἐπὶ ἔργῳ  
λαμπρῷ καὶ νεανικῷ καὶ γενναίῳ ἀνηρημένος, κατασχόντων κά-  
κιστην τὴν σφαγὴν. Ἄξιον δὲ τίνα δεῖ ζητῆσαι δήμιον, ἀλλὰ  
μετὰ τὴν συμφορὰν (i. e. caedem filii), μηδὲ τὴν αὐτὴν κερ-  
δαίνειν. Ἰδέτω, κολασθήτω, παρακελευσθὲν ἔχέτω τὸ ξίφος —

Quae Lehmannus ita explicat: „Oportet jam alium (quam [!]  
„ego sum, fortissimus vir) quaerere carnificem, a quo ille  
„digniori (!) modo digladietur. Neque post calamitatem  
„(necem filii) oportet eum eandem (intell. τὴν συμφορὰν)  
„lucri facere i. e. eadem fortissima manu, qua filius ceci-  
„derat, cum gloria aliqua necari, qua non erat dignus,  
„quam igitur lucri sibi apponere poterat.“ Quae sententia  
inisset in hoc loco, si legeretur ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφορὰν  
μὴ vel μηδὲ μετὰ τὴν συμφ. τὴν αὐτὴν κ. Sensit Seagerus  
Diar. Class. XVI p. 151 vitium inhaerere, quo nostrum  
liberare studuit scribendo: ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφορὰν (necem  
filii *visam*) μηδ' ἐὰν (sic!) ταύτην κερδαίνειν (moriendo sc.  
antequam vidisset). Quae scriptura profecto etiam multo  
minus ferri potest, quum τὴν αὐτὴν mutari minime debeat  
*videndique* notionis nullum sit in verbis vestigium. Scribo  
parva mutatione: ἄξιον δὲ τίνα δεῖ ζητῆσαι δήμιον ἄλλον μετὰ



τὴν συμφορὰν, μηδὲ τὴν αὐτὴν (sc. σφαγὴν) κερδαίνειν (τὸν τύραννον). Scilicet sententia haec est: Primo quidem consilium cepi tyrannum ipsum evertere, quo praeclaro facinore praemium a vobis futuro libertatis vindici propositum adipiscerem; sed postquam filium juventutis robore florentem, in quo omnis senis salus posita erat, forti manu occidi, mutavi consilium. Patrem infirmum praesidioque omni destitutum eadem forti manu interficere, me indignum putavi, decere ratus, post filii fortissimi caedem (μετὰ τὴν συμφορὰν) *dignum* quendam *alium* carnificem quaerere, ne eadem nex debili seni tanquam aliquod lucrum obtingat, quippe quum paene gloriosum sit seni juvenis manu interfici, ignominiosum contra juveni, senem trucidare. Acerbe dicitur κερδαίνειν pro λαμβάνειν, ut saepe in malam partem haec vox usurpatur. Eur. Hec. 518: διπλᾶ με χρήσεις δάκρυα κερδᾶναι. De collocatione voc. ἄλλος cf. Jov. Trag. 29: (ἔμβουλεύω) Ξυνήγορον, ὦ Μῶμε, εἴ πως δυνηθείημεν αὐτῷ παρασχεῖν ἄλλον τῶν δεινῶν τούτων — ubi nihil indigemus Jacobitzii conjectura λάλλον, quamquam apud Arist. Ach. 671 legitur: τῷδε τῷ Κηφισοδῆμῳ, τῷ λάλῳ Ξυνηγόρῳ. Xen. Anab. I, 3, 14: εἷς δὲ δὴ εἶπε — στρατηγὸς μὲν ἐλέσθαι ἄλλους ὡς τάχιστα. Patr. Encom. 1: ἄρ' οὖν ἥδιον μὲν οὐδέν, σεμνότερον δὲ τι καὶ θειότερον ἄλλο; Tox. 61. al.

Alex. 8. Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους στρέφοντες καὶ κυκῶντες μαντεῖον συστήσασθαι καὶ χρηστήριον ἐβουλεύοντο. Ad quem locum Jacobitz. in ed. min.: „στρέφοντες i. e. animo volventes. D. Mer. 10, 2: πολλὰ τοιαῦτα ἔστρεφον. al. Κυκᾶν autem ita me invenire non memini.“ Recte monet; restituendum est κυκλοῦντες. Amor. 18: οἱ δ' ἐπὶ συννοίας μεγάλης ἐν ἑαυτοῖς σχέψιν ἄνω καὶ κάτω κυκλοῦντες. Dionys. de eloqu. Dem. 56: ὁ καθ' ἡμᾶς βίος — ταύτην ἀδιαφόρως



κυκλεῖ τὴν λέξιν. Phryn. p. 328: Ἐνάρετος πολὺ παρὰ ταῖς Στωϊκοῖς κυκλεῖται τοῦνομα, οὐκ ἔν ἀρχαῖον, ubi Lobeck. p. 330: „Plut. Consol. ad Apoll. p. 359 T. VII τὸ κυκλοῦ-  
 „μενον τοῦτο παρὰ πᾶσιν ἔπος, quod pro κυκώμενον sine hae-  
 „sitatione reponendum erat.“<sup>16)</sup> Menandri versum apud Stob. Floril. T. I p. 65: Πολλοὺς λογισμοὺς ἢ πονηρίᾳ κυκλοῖ attulit Schaeff. ad Eur. Orest. 624 ed. Pors., ubi scripturam nonnullorum codd. κυκλεῖ praefereendam esse apparet. Multo frequentius est compositum ἀνακυκλεῖν, mente revolvere. Nigrin. 6; Navig. 11; Plut. Demosth. 29. al. οἱ

Alex. 57. Lucianus, quum ab Alexandro impostore invitatus ut ipsum adiret, manum hominis osculandi causa oblatam acri morsu paene claudam reddidisset, insidiis ab irato homine petitus est. Quippe Alexander, injuriam sibi illatam patienter ferre visus, promisit, se ei navem et remiges daturum, qui Amastrin deducerent; clam vero promissa mercede nautis persuaserat, ut Lucianum et comitem ejus, Xenophontem, in mare praecipitent. Sed factum est gubernatoris, quem promissi poenitebat, pietate, ut perniciem effugeret. Quo facto quum a legatis Bosporanorum praeternavigantibus exceptus et Amastrin deductus esset, consilium cepit, Alexandrum accusare; a quo consilio deterritus est ejus, qui tunc Bithyniae et Ponto praeerat, prudentia. Is multis precibus aegre impetravit, ut incepto desisteret et alterum periculum devitaret, mōens propter Rutiliani auctoritatem se Alexandrum supplicio afficere non posse: ἀλλ' ὁ τότε ἡγούμενος τῆς Βιθυνίας καὶ τοῦ Πόντου αὐτὸς ἐπέσχε μονοουχί ἰκετεύων καὶ ἀντιβολῶν παύσασθαι· διὰ γὰρ τὴν πρὸς Ῥουτιλιανὸν εὐνοίαν μὴ

16) Addenda haec vox in Ind. Jacobitz.



ἀν δύνασθαι, καὶ εἰ φανερώς λάβοι ἀδικούντα, κολάσαι αὐτόν. Pro αὐτὸς C habet ἀνεκτός, B ἀνεκτος (ut Jacobitzius monet in ed. maj.) vel αὔεκτος (ut idem in ed. min.). Schubartus egregie suspicatus est in hac voce praefecti nomen latere. Quod Ἄνεκτος nomen proprium fuisse testatur Eustath. p. 157, 1: Ἄνεκτος κύριον, ἀνεκτός δὲ φορητός, nihil moror, quum certe admodum raro hoc nomen inventum iri putem; contra scribendum censeo Αὔειτος i. e. Avitus s. Lollianus Avitus, ad quem datas litteras habemus a Frontone; cf. Front. op. ined. I p. 131 ed. Fref., ubi Majus haec adnotat: „Lollianus Avitus dicitur consularis vir a Capitolino in Pert. p. 78 D (c. 1). Revera Lollianus Avitus consulatum gessit a. U. DCCCXCVII (i. e. 144 p. Chr.), Pii imperantis septimo. Coram hoc Lolliano Avito ait publice se disseruisse Apulejus Apol. p. 443 ed. Paris. a. 1688 (de Mag. p. 28 ed. Bip.). Proconsulem Africae fuisse patet iterum ex Apul. Apol. p. 549—550 (ibid. p. 98 spp.), ubi et ejusdem litterae citantur laudesque amplissimae scribuntur. Denique ab Ulpiano in Pand. Lib. L Tit. II de Decur. 3 citatur Divorum Fratrum Marci et Lucii Rescriptum ad *Lollianum Avitum Bithyniae praesidem*.“ Quum iter, de quo hic sermo est, Lucianum circiter anno p. Chr. 165 fecisse probabiliter docuerit Wetzlarus de aet., vita scriptisque Luc. p. 46 sqq., Marcus autem Aurelius et L. Verus ab anno 161 usque ad 169 simul orbis imperium obtinuerint, vides quam bene convenient temporum rationes et vix dubitandum esse, quin eo tempore, quo Fronto istas litteras scripsit, Avitus (ita altero nomine omisso passim dicitur ab Apul.) Bithyniae et Ponti, quae una erat provincia, praeses fuerit. Accedit, quod Eupatorem, Bosporanorum regem (c. 57) tum regnasse complures testantur nummi, quos exhibet Khevenhueller reg. vet. numism.



p. 163. Quorum unus in altera parte parte habet capita nuda M. Aurelii et L. Veri et ΘΝΥ i. e. annum aerae Bosp. 459 sive p. Chr. n. 162, in altera caput regis barbaturum et diadematum cum hac inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΥΠΙΑΤΟΡΟΣ.<sup>17)</sup> Alius in altera parte exhibet caput L. Veri nudum et ΘΝΥ i. e. 162 p. Chr., in altera caput regis cum inscriptione modo laudata. Alius, quem reperi in libro qui inscribitur „Supplément au catalogue d'une collection de médailles antiques etc. Amst. 1788“ p. 17, in adversa parte cum capite regis eandem gerit inscriptionem, in aversa feminam sedentem cum corona vel patera et ΒΝΥ i. e. 155 p. Chr. Egregie denique huic temporari conveniunt quae de novo Abonotichi nomine Ionopoli c. 58 leguntur, optime a Solano explicata. Alias quoque voc. αὐτὸς passim nominum propriorum locum occupavit, ut Plat. Men. 26: καὶ δὴ καὶ νῦν, ὃ Μένων, εἰς καλὸν ἡμῶν αὐτὸς ἔδει, ubi Butt., probata Struvii conj. Ἄνοτος, de verborum Ἄνοτος et αὐτὸς confusione Boissonad. ad Marin. p. 88 et Schaef. ibid. in indice inspiciendos esse monuit. Thuc. I, 31 Poppo ex opt. codd. restituit πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ τὸ Ἀττικὸν προσγενόμενον, quod jure probaverunt recent. editores; legebatur τὸ αὐτῶν. At quaeret hic aliquis, quomodo quae Lucianus posuit consociari possint cum summis Apuleji laudibus. Tu memineris, quaeso, nihil increpationis inesse in verbis Luciani neque cum viro optimo maledicere, sed prudentiam ejus ac paene anxiam sollicitudinem, quae non abhorret a probi ingenii homine, laudare potius quam reprehendere videri.

17) Hic idem nummus esse videtur, de quo Spanh. de praest. et us. numism. I p. 490 exposuisse dicunt Solanus et Jacobus; equidem Spanhemii locum invenire non potui.



Permulti exstant Amorum poëtico sermone scriptorum loci, qui emendatorem flagitant. Quare hac oblata occasione de nonnullis meam sententiam proferam, libere fassus, eos qui hunc dialogum a nostro abjudicant, mihi parum probari.

Amor. I vulgo haec leguntur: καί σε πρὸς αὐτῆς ἀντιβολοῦμεν Ἀφροδίτης, εἰ περιττά με λέγειν ἔοικας, εἴ τις ἄρβην ἢ καὶ νῆ Δία θῆλος ἐφεῖται σοι πόθος, ἡρέμα τῇ μνήμῃ ἐκκαλέσασθαι. Dindf. post Gronovium vertit: „ac per ipsam „te Venerem obsecro, si forte vana me dicere putas, sive „masculus aliquis sive femineus hercle tibi amor immissus „est, ut placide illum memoriae ope huc evoces.“ Pessimè; ἔοικας est *videris*, non *putas*. Haud dubie verba corrupta sunt. Marcilius deleto με satis inepte proponit: εἰ μὴ περιττά λέγειν ἔοικας. F pro με praebet μοι, at o in litura. Y: ἢ γεροτολογεῖν ἢ ἢπερ ὕμολογεῖν. c: ἢπερ ἐρωτολογεῖν, quae sunt librariorum nugae. Non debuit igitur Lehm. scribere εἴπερ ἐρωτολογεῖν ἔοικας, claudicante sententia verboque a Graeco sermone alieno. Aliquanto magis ad verum accedunt conjecturae Seageri: ἦν περιττά μοι σέβειν ἔοικας, et Seileri: ἦς πέρι περιττά μοι λέγειν ἔοικας. Vereor tamen ne Luciani verba facili mutatione ita sint restituenda: ἦν περιττά μελετᾶν ἔοικας i. e. cui eximie studere videris. Περιττά adverbii loco saepe ponitur a poëtis. Eur. Troad. 735: ὦ περισσὰ τιμηθεὶς τέκνον. Μελετᾶν τὴν Ἀφροδίτην recte dici posse, non est quod exemplis probem. Cf. 17: τῆς ὑπὸ σοῦ ζηλουμένης Ἀφροδίτης. Pallad. Anthol. XI, 300: σίγα καὶ μελέτα ζῶν ἔτι τὸν θάνατον. Quodammodo comparari potest Somn. 7: Ἐγώ, φίλε παῖ, Ἐρμογλοφυκὴ τέχνη εἰμί, ἦν χθὲς ἤρξω μανθάνειν, de quo loco optime exposuit Fritzschi Quaes. p. 3 sqq.



Amor. 2: καὶ συνεχῆς ἀπορεῖν ἐπέρχεται μοι, τίς οὗτος Ἄφροδίτης ὁ χόλος· οὐ γὰρ Ἠλιάδης ἐγὼ τις οὐδὲ Λημνιαδῶν ἔρις οὐδὲ Ἴππολύτειον ἀγροικίαν ὠφρυωμένος, ὡς ἐρεθίσαι τῆς θεοῦ τὴν ἀπαυστον ταύτην ὀργήν. Sententiam commode exprimit Gesneri interpretatio: „Neque enim de Solis progenie sum [qualis fuit Pasiphaë] neque Lemniarum offensionis reus, neque Hippolytea rusticitate superciliosus“; sed verbum ἔρις corruptum esse dudum viderunt interpp. Sol. τις, Reitz. εἰμί, Seagerus γέ τις. Lehm. vulgatam defendi posse arbitratur, si Λημνιαδῶν ἔρις, ut Λήμνιον κακόν, Λημνία χεῖρ pro proverbiali formula habeatur. Quod etiam si concederemus, quamquam minime concedendum videtur, tamen nihilo minus inepta esset oratio. Non male Jacobsius conjecit ἔρνος i. e. Lemniarum progenies, quod vocabulum poëtis frequentatum minime abhorret a Luciano poëtarum sermonem hoc dialogo imitante. Cf. Eur. Iph. Aut. 118: ὦ Λήδας ἔρνος. Ar. Eccl. 973: ὦ χρυσοδαίδαλον ἐμὸν μέλημα, Κύπριδος ἔρνος. Polystr. Anth. XII, 91, 6: ἄβρον Στασικράτη Παφίης ἔρνος Ἰοστεφάνου. Tamen melius locum sanatum iri censeo scribendo: οὐ γὰρ Ἠλιάδης ἐγὼ τις οὐδὲ Λημνιαδῶν ὕβρεις οὐδὲ Ἴππολύτειον ἀγροικίαν ὠφρυωμένος i. e. neque Lemniarum in Venerem contumeliis neque Hippolytea rusticitate superciliosus. Ita legi jubent, quae de Lemniarum facinore poëtae et mythographi tradiderunt. Apoll. I, 9, 17: αἱ Λήμνιαι τὴν Ἄφροδίτην οὐκ ἐτίμων, ἣ δὲ αὐταῖς ἐμβάλλει δυσοσμίαν.

Amor. 5. Παιδιάς, ὦ θεόμνηστε, καὶ γέλωτος ἡγή τὴν διάγνωσιν, ἣ δ' ἐπαγγέλλεται καὶ σπουδαῖον· ἐγὼ γοῦν ἐξ ὑπογυίου τῆς ἐπιχειρήσεως ἠψάμην, εἰδὼς ὅτι λίαν, ἀλλ' οὐ παλαιᾶς, ἐξ ὅτου δυοῖν ἀνδροῖν ἀκηχῶς περὶ τοῦτον συντόνος ἀμιλλωμένοι ἐτι τὴν μνήμην ἔναυλον ἔχω. LV pro εἰδὼς praebent νέας, cui nihil tribuendum, quum a librario ortum



videatur, qui propter sequens ἀλλ' verbum aliquod, cui παλαιᾶς opponatur, desiderari censuit. Y pro vulg. ἀλλ' οὐ παλαιᾶς exhibet ἐστὶ οὐ παλιμόν, quod quamvis et ipsum depravatam correctorem sapit. Qui locum misere corruptum sanarent, multi fuerunt. Speciose Gesnerus ἔτι λίαν, ἀλλ' οὐ παιδιᾶς, quod non improbarem, si verbo λίαν adjectivum adjunctum esset. Σπουδῇ et παιδιᾶ saepe opponuntur, ut Pseudol. 16: παιδιᾶν ἐποιεῖτο τὴν σπουδῇν τοῦ δῆμου. Plat. Conv. p. 297. E. al. Minus recte Jacobsius εἰδῶς οὐ λίαν, ἀλλ' ἐπιπολῆς i. e. quum rem antea non valde nossem, sed obiter tantum attigissem; haec enim mutatio nec valde facilis est, nec sententiarum ordini accommodari potest. De ceteris emendationibus non est quod dicam. Recte se sententiam intelligere probavit Jacobitzius hac prolata conjectura: εἰδῶς ἔτι λίαν σπουδαία, intell. ἐστὶ. Scilicet explicare debuit Lycinus, quod modo dixerat, narrationem aliquid serii habere; quamobrem addit, sibi hoc persuasum esse auditis duorum acriter de utroque amore certantium orationibus in utramque partem habitis, quarum jucundissimam etiamnum memoriam servet. Sed ex vulg. scriptura haec Jacobitzii conjectura elici vix potest. Quamobrem equidem paullo dubitantius (nam verum in tam corruptis verbis invenire labor est) propono: εἰδῶς ἔτι λίαν ἀγχίνουον πάλαισμα. Phot. p. 7, 4: Ἀγχίνους· συνετός, ὁξὺς τὸν νοῦν. Πάλαισμα tropice dictum est, ut alias ἀγώνισμα, cui inest laudis notio, nec improbatur verbis sequentibus ἀμιλλωμένοι et δυοῖν οὖν μαχομένοι παδοῖν ἀγωνοετήσας, denique lectione cod. Y: παλιμόν. Simili modo Philostr. Heroic. c. 10: Πεττοῦς εὔρεν, οὐ ῥάθυμον, ἀλλ' ἀγχίνουον τε καὶ εἴσω σπουδῆς. Erat quidem quum conjicerem ἔτι λίαν λάλου πάλαισμα i. e. *admodum facundi certamen sive studium*, quia λάλος aliquoties cum



laude ponitur. Gall. 2: Ἐρμού — λαλίστατου καὶ λογιωτάτου θεῶν. Bacch. 7 al. Bachm. Anecd. I p. 287, 23: Λαλίστατον τὸν κατὰ λόγον σοφόν λέγεται δὲ καὶ ὁ εὐγλωττος καὶ ὁ εὐφωνος. Eadem leguntur apud Phot. p. 205, 5. Tamen hanc conjecturam abjiciendam putavi; namque in iis, quae postea leguntur, non tam dicentium facundia, quam rei, de qua disseritur, gravitas suavitasque laudatur.

Amor. 11. Καὶ δόξαν ἡμῖν Κνίδω προσορμίσει κατὰ θέαν καὶ τὸ Ἀφροδίτης ἰδεῖν ποθήσαντες ἱερόν. Verba Luciani librariorum interpretatione corrupta sunt. F om. ἰδεῖν ποθήσαντες, E: καὶ τοῦ Ἀφ. ἱεροῦ omissis iisdem vocc., quod posterius non improbavit Jensius Ferc. Litt. p. 157. Apparet scribendum esse: καὶ δόξαν ἡμῖν Κνίδω προσορμίσει κατὰ θέαν τοῦ Ἀφροδίτης ἱεροῦ. Ita enim solent Graeci. Pro MC. 15: ἐπότε κατὰ θέαν τοῦ ἑσπερίου Ὀκεανοῦ καὶ τὴν Κελτικὴν ἄμα ἐπιὼν ἐνέτυχες ἡμῖν. Tox. 27: καὶ δὴ πότε ὁ μὲν Δημήτριος ἔτυχεν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν κατὰ θέαν τῶν πυραμίδων καὶ τοῦ Μέμνονος. Thuc. IV, 7; Xen. Eph. 3, 11; 4, 1. Ἐπὶ θέαν τῆς Ἑλλάδος DD. 20, 15; add. Xen. Oec. 8, 11; Symp. 1, 2.

Amor. 16: καὶ τί γὰρ ἀρρήτου νυκτὸς ἐγὼ τόλμαν ἢ ἄλλος ἐπ' ἀκριβὲς ὑμῖν διηγοῦμαι; „Et quid enim infandae noctis facinus aut ego aut alius accurate enarret.“ Gesn. Inepte dicitur ἢ ἄλλος, quod recte sensit Solanus, perperam negavit Lehm. Fritsch. Quaest. p. 189: „Vix quidquam,“ inquit, „cogitari nugacius potest, quam illud ἢ ἄλλος, „sive ἄλλως,“ ut mihi, sive λάλος vel ἄγος, quod aliis placet, substituatur.“ Ἡ ἄλλως est in g, sed quomodo intelligi possit, non assequor. Verum est: ἢ λάλος, quod cum ἐγὼ conjungendum opponitur vocc. ἀρρ. νυκτὸς hac sententia: Et quid enim ego, loquacissima mulier, infandam noctem eloquar (qua quid factum sit, narrare nefas



est). Ita Philodemus Anth. V, 4 τὸν λόχρον appellat τὸν σιγῶν-  
τα συνίστορα τῶν ἀλαλήτων. Eadem sententia infra c. 53  
usurpatur versus Euripideus: τί τᾶρβήτ' ἀναμετρήσασθαί με  
δεῖ; Adv. Ind. 23: τὰ τῆς νυκτὸς ἀπόρρητα. De conf. voce.  
ἄλλος et λάλος vide Jacobitz. ad Char. 1 p. 8.

Amor. 17 καὶ νῦν δὲ, ait Callicratidas, τῆς ὑπὸ σοῦ ζη-  
λουμένης Ἀφροδίτης ἐναργές ἐστι τοῦτο δεῖγμα. Haec aut in-  
scite admodum scripta aut a librariis foede corrupta di-  
cit Solanus, male vitium in δεῖγμα latere arbitratus. Sea-  
gerus conj. ὑπό μου (immo ὑπ' ἐμοῦ), quo servatur loci  
sententia, perduntur facetiae. Nulla opus est mutatione,  
si modo Callicratidam ironice loqui cogitaveris. Nῦν prae-  
sens tempus significat, quo amici Cnidi versantur, cui op-  
ponitur illud, quo Thespiis erunt. Sin vitium inesse ma-  
lis, id certe non potest nisi in καὶ νῦν δὲ inhaerere et fa-  
cile emendabitur scribendo: καινὸν δὲ κ. τ. λ. Tum item  
ironice diceret Callicratidas: „Novum autem atque insoli-  
tum ejus, cui tu studes Veneris, apertum hoc documen-  
tum est,“ quam sententiam optime convenire docent ce-  
tera, de quibus exponere non licet. Eodem modo Dem.  
Phil. II, 22 p. 73 confunduntur καινήν et καὶ νῦν.

Amor. 29. Καιρὸς οὖν ὁ νῦν, εἴ ποτε καὶ πρότερον, ἀπ-  
αιτεῖ σε τὰς Ἀθήνας, Περικλέους δὲ παιδῶ καί—. Similem  
loquendi rationem non raro invenias apud Demosth. Sed  
corruptum est Περικλέους. EFMabefgkln: Περικλεῖ δὲ πείθου.  
cdp: Περικλειὸν δὲ παιδῶ. Y: Περικλειὸν δὲ παιδῶ, quod ve-  
rum est. Idem probavit Gesnerus, δὲ in τε mutans, qua  
mutatione non opus. Cf. 2: Ἴππολύτειον ἀγροικίαν. 30: Πυ-  
θαγορείου σοφίας. 43: τὴν Μενάνδρειον φωνήν.<sup>81</sup>) De Pericle

18) Adj. Περικλείως addendum Steph. Thes.



noti sunt versus Eupolidis ap. Diod. 12, 40:

Περικλέης Ὀλύμπιος

Ἦστραπτ', ἔβρόντα, συνεχύκα τὴν Ἑλλάδα

Πειθῶ τις ἐπεκάδιζεν ἐπὶ τοῖς χεῖλεσι —  
cf. Dem. Enc. 20; Demon. 10; Hemsth. ad Nigrin. 7.

Ver. Hist. I, 16. Μετὰ δὲ τούτους οἱ Ἀεροκόρδακες, φίλοι τε ὄντες καὶ πεζοί, πλὴν μάχιμοι γε καὶ οὗτοι πόρρωθεν γὰρ ἐσφενδόνων βραφανίδας ὑπερμεγέθεις. Ita ex ACFM edd. vet. ediderunt recentiores editores; legebatur Ἀεροκόρακες. Gesnerus, quum ea, quae sequuntur, neque Ἀεροκόραξι neque Ἀεροκόρδαξι satis congruere videret, aut descriptionem eorum aut nomen novi monstrorum generis excidisse putavit, qua in re Wielandum assentientem habet. Lehm. Ἀεροσκόρδακες scripsit, a σκόρδον sive σκόροδον i. e. *Rettigschleuderer*, scilicet ut Wielandi interpretationem Luciano inculcaret. Geist. praef. p. XXVI in priore vocis parte vitium latere, — κόρδακες sanum esse statuit; lapsus et ille, ut ceteri. Recte habent omnia nec mancum est quidquam, si facili mutatione scripseris Ἀεροκάρδακες i. e. Cardaces aërii. Cardaces Persarum milites mercenarii fuerunt. Phot. p. 131, 9: Κάρδακες οἱ στρατιῶται ἐν Ἀσίᾳ λέγονται δὲ καὶ οἱ φύλακες κάρδακες. Eust. p. 368, 37: Κάρδακες, στρατιῶται περὶ Ἀσίαν — οὐ δίκαιόν τι γένος, ἀλλὰ οἱ μισθοῦ στρατευόμενοι βάρβαροι, παρὰ Θεοπόμπῳ. Ἀπλῶς δὲ, φησὶν, οἱ Πέρσαι πάντα τὸν ἀνδρεῖον καὶ κλῶπα κάρδακα ἐκάλουν. Multis de Cardacibus exponit Strab. XV p. 504 ed. Cas. 1587; cf. Ammon. v. κάρδαξ, Arr. Anab. II, 8, 7; Polyb. V, 79, 11; 82, 11. Rem conficiunt Corn. Nep. Dat. 8: „Habebat (Autophradates) barbarorum equitum viginti, peditum centum milia, quos illi Cardacas appellant ejusque generis (i. e. Cardacum) tria *funditorum* et Strab. XV, p. 505: Θηρεύουσι δὲ σάβνια ἀφ' ἑππῶν βάλ- λοντες καὶ τοξεύματα καὶ σφενδονοῦντες. Persarum mores



plus semel a Luciano in VII. perstringuntur. I, 12: γόπας δὲ ὑμῖν ἐγὼ παρέξω τῶν βασιλικῶν ἓνα ἑκάστω —. Notum est, βασιλικὰ dici a Graecis, quae ad regem Persarum pertinent, ut Catapl. 16: καὶ μονουχὶ καλλίων καὶ ὑψηλότερος εὐφ πῆχει βασιλικῶ, de qua mensura vid. interpp. Herod. I, 178. I, 15 verba τὸ μὲν δεξιὸν κέρασ εἶχον οἱ Ἰππόγυποι καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς ἀρίστους περὶ αὐτῶν ἔχων in memoriam reducunt Xen. Anab. I, 5, 7: ἐπέστη ὁ Κῦρος σὺν τοῖς περὶ αὐτῶν ἀρίστοις καὶ εὐδαιμονεστάτοις et I, 6, 4: ὁ Κῦρος συλλαμβάνει Ὀρόντην καὶ συγκαλεῖ εἰς τὴν ἑαυτοῦ σκητὴν Περσῶν τοὺς ἀρίστους τῶν περὶ αὐτῶν ἑπτά.

Imag. 7. — ἔτι γάρ, ὦ πάντων γενναιότατε, καταλέλειπας τι κάλλος ἔξω τοῦ ἀγάλματος οὕτως πάντα εἰς τὸ αὐτὸ συμπεφορηκώς. Πάντων ex ABCA inseruit Jacobitz.; sed rectissime Belinus πλαστῶν emendavit. Etsi enim passim legitur ὦ γενναιότατε ironica signif. (D. Mort. 24, 3; Pisc. 48) et Icarom. 3: ὦ τολμηρότατε πάντων recte se habet, hic certe illud πάντων minuit, πλαστῶν vero auget orationis leporem. DD. 5, 2: ὦ γενναιότατε θεῶν, ubi lectio bonorum codd. ἀετῶν non spernenda videtur. Tim. 4: ὦ θεῶν γενναιότατε. D. Mer. 12, 5: ὦ γενναιότατε νεανίσκων Πυθίας, ubi sermo est de meretrice adolescentis vestitu induta.

Imag. 9. Βιβλίον ἐν ταῖν χεροῖν εἶχεν εἰς δύο συνειλημμένον καὶ ἐφίκει τὸ μὲν τι ἀναγινώσκεισθαι αὐτοῦ, τὸ δὲ ἤδη ἀνεγνωχέναι. Μεταξὺ δὲ προϊούσα διελέγετο τῶν παρομαρτούντων τινὶ οὐκ οἶδα ὅτι. Miror neminem interpretum in aperto vitio grammatico haesisse. Cogitari quodammodo potest mulier inter legendum cum comite colloquens, etsi id h. l. Lucianum dicere velle vix credam; minime vero ferri potest media forma verbi ἀναγινώσκεισθαι tempore praesenti. Legendum omnino ἀναγνώσεσθαι, futuro tempore.



Tenebat mulier pulcherrima librum bifariam convolutum (i. e. evolutum, ita ut quasi duabus partibus volumen constaret) videbaturque alteram ejus partem jamjam lectura, alteram jam legisse. Interea procedens, non legens, cum comite aliquo colloquebatur. Vides et sententiae et Graeco sermoni conjectura nostra opem ferri.

Imag. 13. — ὁπότεν δὲ καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ἄδη καὶ μάλιστα πρὸς τὴν κιδάραν, τότε δὴ τότε ὦρα μὲν σιωπᾶν ταῦτα ἀλκυόσι καὶ τέττιξι καὶ τοῖς κύκνοις ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἄπαντα. Nullo modo explicari potest ταῦτα, ne ita quidem, si cum Gesnero pro διὰ ταῦτα positum sumas. Sol. ταῖς, Heusdius peringeniose ταῦτα ἀκούουσιν ἀλκυόσι, suspicans ἀκούουσιν propter sequentis voc. similitudinem a festinante librario neglectum esse. Attamen non credam hoc participium, quo nihil indigemus, a Luciano profectum esse et, quum ταῦτα prorsus ejici codicum consensus vetet, in ταύτη mutaverim, ita ut eodem modo a σιωπᾶν pendeat, atque ceteri dativi ab ὦρα, hac sententia: „tunc *coram illa* (vocali muliere) tacere debent alcyones et cicadae atque etiam cycni (qui maxime canori haberi solent). Saepissime σιωπᾶν τι dicunt Graeci. Tox. 38: σιωπήσομαι σοί. Herm. 33: ἡ νομίσεις ἐνταῦθα σιωπήσεσθαι ἡμῖν τοὺς ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα—. Ar. Ran. 1134: ἐγὼ σιωπῶ τῷδ'; — Nec dubia erit post ea, quae antea scripta leguntur, loci sententia, quamvis verbis inepte copulatis contrariam sententiam erui posse facile concedam; at quotusquisque scriptor ejusmodi ambiguitate prorsus carebit, si stultos lectores nactus fuerit? Duplex dativus iterum est Anach. 5: ὡς ἔμοιγε μανία μᾶλλον εἰσικέναι δοκεῖ τὸ πρᾶγμα. Dom. 6: ἔτω—λεγομένοις. Cic. de Orat. I, 23, 101: „gerendus est tibi mos adolescentibus.“ Verr. III, 43, 103: „Sentio, judices, moderandum mihi esse jam orationi meae.“ Praeterea ne mireris, prio-



ribus substantivis articulum deesse, postremo addi; ita non raro faciunt Graeci, rem postremo loco positam, ut gravissimam, cum vi quadam adjunctes. Luct. 6: Ἐρινύες τε καὶ Ποινὰ καὶ Φόβοι καὶ ὁ Ἑρμῆς, οὗτος μὲν γε οὐκ ἀεὶ συμπαρών. Pisc. 33: ἦν τις ὑποκριτῆς Ἀθηναῖν ἢ Ποσειδῶνα ἢ τὸν Δία ὑποδεδουκῶς μὴ καλῶς ὑποκρίνοιτο, quem Iocum nullo jure mutavit Struv. LL., p. 230, scribens ἢ αὐτὸν τὸν Δία. Vulg. recte se habere intellexit Jacobitzius, quamquam male provocat ad Pisc. 31, ubi Ἀχιλλεῖα ἢ Θησεία ἢ καὶ τὸν Ἡρακλέα ὑποκρίνοιτο αὐτόν — prorsus eodem modo legitur, quo Tim. 43: φυλέται δὲ καὶ φράτορες καὶ δημόται καὶ ἡ πατρις αὐτῆ —. Vid. Fritzschi. Quaest. p. 158. Exempla articuli, ubi duo sunt substantiva, in priore omissi, in posteriore additi conguessit Jacobitz. ad Vit. Auct. 11 p. 108.

Asin. 32: — ἐπὶ γυναικῶν ἢ παρθένων καλὴν καὶ ὄρασαν ἴδῃ ἢ παιδα, ἀπολακτίσας ἔπεται δρόμῳ ἐπ' αὐτοῦς —. Graece dicitur ἔπεται δρόμῳ, dicitur fortasse etiam ἔπεται ἐπὶ τινα, ut Isocr. de Pace § 44: οἷς ὁπόταν τις διδῶ πλείω μισθὸν μετ' ἐκείνων ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσιν. Tamen hic illud ἔπεται δρόμῳ ἐπ' αὐτοῦς ineptissimum est, quum sequendi notio verborum sententiae minime conveniat. Scribo ἔεται δρόμῳ ἐπ' αὐτοῦς. Cf. 40: ἔμαι δρόμῳ εἶσω ἔνθα ἐδείπνουν. Herod. VI, 112: ἐνταῦθα ὡς ἀπέιθησαν οἱ Ἀθηναῖοι δρόμῳ ἔεντο ἐς τοὺς βαρβάρους. Thuc. I, 63: ἔδοξε δ' οὖν — δρόμῳ βιάσασθαι ἐς τὴν Ποτῖδαιαν. Male plerumque in codd. scribitur ἔμαι, quod miror probari potuisse a Buttmanno I, p. 554 et Schaefero ad Plut. IV, p. 326. Recte Dindorfius ad Eur. Suppl. 699, Matth. §. 219, 4, Herm. et Elmsl. ad Soph. Oed. Tyr. 1242 monuerunt, verbi ἔναι formam mediam cogitari non posse; quos uti debuit secutus Jaco-



bitz. ubique tum de suo, tum ex opt. codd. ἔσθαι Luciano restituit.

Anach. 21: Οἱ δὲ καὶ ἀκούοντες ἀριστείας τινὰς καὶ πράξεις ἀοιδίμους ὑρέγονται κατὰ μικρὸν καὶ πρὸς μίμησιν ἐπεγείρονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ᾄδονται καὶ θαυμάζονται ὑπὸ τῶν ὕστερον, οἷα πολλὰ Ἡσίοδος τε ἡμῖν καὶ Ὅμηρος ἐποίησαν. Dicit Solon, pueros Atheniensium principio musica, arithmetica primisque litterarum elementis imbuī, deinde progrediente disciplina sapientium hominum sententias et veterum res gestas dictaque versibus conscripta memoriae tradere, itaque cognitio majorum praeclare factis paullatim ad illorum aemulationem inflammari, quo ipsi a posteris parili laude praedicarentur. Vides nostrum, si eo loco, quo sunt in editionibus, postrema verba οἷα—ἐποίησαν posuisset, admodum inscite acturum fuisse; namque nihil faciunt ad ea, quae proxime antecedunt. Jam notum est, quam parva diligentia saepe usi sint librarii, qui quum aliquot verba praetervidissent, ea ad marginem adnotare vel finita sententia addere nihil dubitaverint. Quam rem qui cognoverunt VVDD., transpositis verbis quibusdam atque adeo totis sententiis nonnunquam veteribus scriptoribus non contemnendam opem attulerunt. Jam Lucianum hac scribarum negligentia plane liberum esse, vix credendum est, neque defuerunt, qui illum quoque ejusmodi verborum transpositionibus emendari posse arbitrati sunt. In quo numero fuit sagacissimus nostri interpres, Solanus. Qui quum Tox. 5 aut mutilata esse verba aut suo loco mota notasset, Geistius praef. p. XXVII locum misere discerptum verbis καὶ ὑπὸ Σχυθῶν τῶν ἀρίστων θεωραπέεσθαι, quae vulgo parum apte extremo capite leguntur, cum iis, quae antecedunt, ἀγαθὸς χειρίσθαι arte conjunctis egregie nec sane improbabili ratione sanavit. Ean-



dem medicinam huic loco adhibere non dubitans verba οἷα—ἐποίησαν, quum prorsus delenda non videantur, post ἀοιδίμους, quo aperte referenda sunt, interpono.

Philops. 1. Interroganti Tychiadi, quid causae sit, quod multi homines incredibili quadam mendaciorum cupiditate flagrent, neque ipsi solum mentiendo gaudeant, sed aliorum quoque mendaciis animum attendant, Philocles responderat, plurima esse commoda, quorum adipiscendorum causa mendacia dicant. Tum ita Tychiades: Οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτα, φασίν, οὐδὲ περὶ τούτων ἡρόμην, ὅπως σοι τῆς χρείας ἕνεκα ψεύδονται. Συγγνώμης τοιγαροῦν οὗτοι γε μᾶλλον καὶ ἐπαίνου τινὲς αὐτῶν ἄξιοι, ὅπως ἢ πολέμιους ἠπάτησαν ἢ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶ τοιούτῳ φαρμάκῳ ἐχρήσαντο ἐν τοῖς δεινοῖς —. Sententiam recte expressit Gesnerus, vertens: *Etenim* venia hi potius, quidam etiam laude digni sunt. Eodem fere modo interpretatur Dindf. Causam sane dicere debebat Tych., cur eos, qui sui commodi causa mentiantur, nunc non respiciat; nempe dicturus erat de iis, qui nulla coacti necessitate, nulla iubente utilitatis ratione *ipsi* mendacio studeant. Quo magis miror, neminem haesisse in Luciani verbis, quorum sententia longe diversa est. An unquam τοιγαροῦν significat *etenim* vel *namque*? Semper, opinor, *propterea igitur, demgemäß nun, daher nun*. Phot. p. 593, 9. Τοιγαροῦν ἀμέλει· εἶθ' ἐν δὴ οὐκοῦν· διὰ τοῦτο δὴ οὔν. Quod ineunte sententia poni iubent grammatici, eo, ut h. l. in suspicionem vocem, nihil moveor; namque collocatur etiam secundo loco (Tim. 27; Tox. 29; DD. 1. 2), tertio atque adeo quarto (D. Mort. 28, 1). Non dubium igitur, quin hic vitium lateat, neque istud leve. Scribo: Συγγνωστοὶ γὰρ οὗτοι γε, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπαίνου τινὲς αὐτῶν ἄξιοι. Ita saepissime Lucianus. DD. 23, 2: συγγνωστὸς γὰρ, εἰ καλὸν σε οὕτως ὄντα ἐπέειρα. Ibid.



6, 3: συγγνωστοὶ οὖν, εἰ—. D. Mort. 12, 5. Anach. 34. al. De γάρ — γε, nam — quidem, vid. MC 1: οἰκεῖοι γάρ τῆς ταιαύτης τραγωδίας οὗτοι γε. Fritzs. Quaest. p. 149 et ad DD. 6, 5, p. 17. En sententiam optimam hancee: Nam illis quidem, qui commodi alicujus causa mentiuntur, ignoscendum est atque adeo nonnulli eorum etiam laude digni sunt.

Adv. Indoct. 25. Καὶ γὰρ κάκεινα περὶ δύο ταῦτα δεινῶς ἐσπούδακας, βιβλίων τε τῶν πολυτελῶν κτήσιν καὶ μειρακίων τῶν ἐξώρων καὶ ἤδη καρτερῶν ὠνήν, καὶ τὸ πρᾶγμα σοὶ πάνυ σπουδάζεται καὶ θηρεύεται. Acerrime Lucianus invehitur in flagitiosissimum hominem, multis coëmendis libris doctrinae speciem affectantem. Cui, postquam pluribus explicavit, fieri non posse, ut ea ratione aut eruditionis laudem nanciscatur, aut vitam turpissimam occultet, suadet ut, quum pauper sit neque ad utrumque sumtum res familiaris suppetat, libros librariis, servos mangonibus vendat. Deinde dicit, quae supra scripsimus. Si novum aliquod crimen in hominem jactaretur, aptum esset καὶ γὰρ καὶ, quod quum non fiat, tolerari nequit. Deinde pluralis ἐκεῖνα offendit; namque ἐκεῖνα περὶ δύο ταῦτα conjungi ventant linguae graecae rationes, quod dudum intellexit Reitzius. Sibi non liquere indicavit Solanus. Sine dubio mendum inest, sed quae adhuc propositae sunt medelae, parvi sunt momenti. Reitz. inepte, ut solet, κάκεινα περὶ δύο ταῦτά, Lehm. καὶ γὰρ ἐκεῖνα πέρι (sic!) δύο ταῦτα, ita ut haec efficiatur sententia: Etenim duo haec sunt illa, quibus mirifice studes. Quod si dicere voluisset Lucianus, haud dubie, id quod postulant leges grammaticae, dixisset, καὶ γὰρ ταῦτα δύο ἐκεῖνά ἐστι περὶ ᾱ sive καὶ γὰρ περὶ ταῦτα δύο ἐκεῖνα, paullo rariore attractionis genere. Seagerus, verba mutilata arbitratus audacius quam verius ita scripsit:



καὶ γὰρ κάκεινα (ἀνδράποδα) συνάγεις καὶ περὶ δύο ταῦτα κ. τ. λ.  
 Jam ut dicam, quod sentio, facili mutatione κάκεινα in  
 ἐκεῖνο convertendum totumque locum ita restituendum  
 censeo: καὶ γὰρ ἐκεῖνο<sup>19</sup>) περὶ δύο ταῦτα δεινῶς ἐσπούδακας  
 i. e. namque illud (dicendum est, *wohlgemerkt*), his duabus  
 rebus (et libris et servis emendis) mirifice studes. Sic  
 saepissime τοῦτ' ἐκεῖνο, τὸ δεῖνα, τὸ δεῖνα γὰρ, ἀλλ' ἐκεῖνο  
 (Lat. *at illud bene comparavit Hemst. ad Nigr. 8*), καίτοι  
 καὶ τοῦτο, καὶ γὰρ τοῦτο, καὶ γὰρ αὖ καὶ τὸδε elliptice utun-  
 tur, ut lectoris animum ad ea, quae proxime dicenda  
 sunt, tanquam gravissima advertant. Cf. Matth. §. 471;  
 Fritsch. Quaest. p. 31 sqq. Vide porro Imag. 1: αὐτὸ γὰρ  
 τὸ τοῦ μύθου ἐκεῖνο μικροῦ δέω λίθος ἐξ ἀνθρώπου γεγονέναι—  
 Τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο de Consc. H. 7; Ind. 21; Prom. in  
 vb. 6; τὸ τοῦ Ὀμήρου Zeux. 10. Simili orationis brevitate  
 Nav. 27: τοῦτο μὲν ἤδη κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν πλουσίων ἀνα-  
 δύη καὶ ἀνακαλεῖς τὴν ὑπόσχεσιν, quae etsi ita explicari de-  
 bent: τοῦτο μὲν ἤδη — πλουσίων ποιεῖς, ὅτι α. κ. α. τ. δ.,  
 tamen uno tenore legenda neque commatis interpositis  
 distrahenda sunt. Tox. 43: ὁ δὲ ἀποθνήσκων τὸ γοῦν τοσοῦ-

- 19) Nolim scribi καὶ γὰρ ἐκεῖνο! Namque ejusmodi locutiones Graeci et Romani arte cum sequentibus conjungebant totamque sententiam uno tenore pronuntiabant. De τί ἂν οὖν φαίη τις recte nunc judicatur a viris doctis. Apud Lucianum adhuc non pauca inveniuntur editorum manu a vera Graecorum pronuntiatione alienata. Imag. 6: τί σοι δοκεῖ; καλὴ γενήσεσθαι ἢ εικῶν; primum interrog. signum delendum est. Cal. 5: Ἄγνοιά μοι δοκεῖ sine interpunctione recte edidit Jacobitz. Male legitur de Salt. 5: γνωμένων, ἰδὼν πολλάκις αὐτὸς ἐπιτιμᾶς, comma alterum post αὐτὸς ponendum est. Tyrannic. 11: ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδέν, οἶμαι. comma delendum est.



τον ἔφθη πατάξας τῷ ἀκινάκῃ τὸν λέοντα εἰς τὸ στέρνον i. e. τοσοῦτον ἔφθη ποιήσας, ὅσον ἐπάταξε.

Adv. Ind. 27. Quaerit Lucianus ex homine turpissimo, ingenti librorum copia superbiente, quos potissimum scriptores quoque tempore legat; jure dubitans, num omnino legat, quippe quum eruditionis expers sit et voluptatibus deditus. Τοῦτο γοῦν καὶ μάλιστα θαυμάσαιεν ἂν τις, τίνα ἀπὸ ψυχῆς ἔχων ἄπει τῶν βιβλίων, ὅποιας αὐτὰ χερσὶν ἀνελίττεις; πότε δὲ ἀναγινώσκεις; μεθ' ἡμέραν; ἀλλ' οὐδεὶς ἑώρακε τοῦτο ποιῶντα. ἀλλὰ νύκτωρ; πότερον ἐπιτισταμένος ἦδη ἐκεῖνοις ἢ πρὸ τῶν λόγων, ἀλλὰ πρὸ σκότους; μηκέτι μὴ τολμήσης τοιοῦτο μηδέν. ἄφες δὲ τὰ βιβλία καὶ μόνον ἐργάζου τὰ σαυτοῦ. Locus ab interpretibus non minus quam a librariis turbatus. In codd. nihil est ad verum restituendum subsidii, nisi quod pro vulg. ἀλλὰ καὶ πρὸ σκότους Jacobitz. ex AF. ἀλλὰ πρὸ σκ. edidit, quae ad veram lectionem propius accedere infra videbimus. At singula videamus. Ἐχειν τι ἀπὸ ψυχῆς graece dici non posse consentiunt interpretes. Seag. τίνα ἐπὶ ψυχῆς ἔχων, sed rectissime Gesnerus conjecit τίνα ποτὲ ψυχὴν ἔχων, quod recepit Dindf. Dicit Lucianus: quo animo, qua mente libros attingis? *Wie ist dir zu Muthe, was hast du für Gedanken, wenn du etc.* Cujus locutionis aptissimum exemplum Gesn. attulit ex Lysiae oratione apud Dion. de Lys. jud. c. 25: ἐπειδὴ δὲ συνήλθομεν, ἤρετο αὐτὸν ἡ γυνή, τίνα ποτὲ ψυχὴν ἔχων ἀξιοῖ περὶ τῶν παίδων τοιαύτη γνῶμη χρῆσθαι, ἀδελφὸς μὲν ὢν τοῦ πατρὸς αὐτῶν—. Nec raro invenitur apud Demosth. (cf. Jac. Anth. Pal. p. 587.) τίνα οἴεσθέ με τὴν ψυχὴν ἔχειν; Similiter Plat. Republ. VI p. 492 B: ἐν δὴ τῷ τοιοῦτῳ τὸν νέον τὸ λεγόμενον τίνα οἶει καρδίαν ἴσχειν; i. e. *in welcher Stimmung wird der Jüngling sein?* Isocr. orat. Plat. 8: οὐδὲ τίνα χρὴ προσδοκᾶν γνῶμην ἔξειν, ἂν ἀκούσωσιν—;



Verba ὁποῖαις αὐτὰ χερσὶν ἀνελίτταις (i. e. spurcissimis manibus) acerbe designant turpe hominis ingenium. Deinde: quo autem tempore, ait, libros legis? Interdiu? Sed nemo unquam te vidit hoc facientem; unde facile conjicietur, te interdiu non legere. Sed noctu? At ne noctu quidem legis, quippe aliis rebus implicatus. Hoc dicere vult noster, sed verbis utitur paullo obscurioribus ἀλλὰ νύκτωρ; πότερον ἐπιτεταμένος ἤδη ἐκείνοις ἢ πρὸ τῶν λόγων; Ἐπιτείνεσθαι τι est alicui animum attendere diciturque de amantibus. Parth. Erot. 23: ταύτη (Χελωνίδι) ἐπιτεταμένου τοῦ Κλεωνόμου καὶ τὸν ἔρωτα οὐκ ἠρέμα φέροντος. Ἐκεῖνα autem, ut rectissime observat Guyetus, sunt libidines probrosae. Saepe per euphemismum ita dicuntur τὰ ἀπόρρητα. cf. 28: καίτοι ἐχρῆν μηκέτι μηδὲ ἐκεῖνα. 23: καὶ πάσχειν καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα. Anth. V, 2, 6: κεῖνα χαριζόμενον. Dindorfius sententiam plane pervertit sic scribendo: πότερον ἐπιτεταμένος ἤδη ἐκείνοισι πρὸ τῶν λόγων: *utrum quum jam istis (libris) intentus es ante studia* (sc. libros legis)? cujus conjecturae sententiam qui mihi diserte explicaverit, profecto erit mihi magnus Apollo. Jam videamus quid significant ἢ πρὸ τῶν λόγων, qua in re primum tenendum videtur, in his inesse alteram interrogationem, sententiam priori diversam exprimentem. Atque quum quae vulgo leguntur intelligi nullo modo possint (namque *orationes* vel *sermones* vel *studia* ab hoc loco abhorrent), verba adulterata esse viris doctis facile consentio, neque tamen plane mihi satisfaciunt eorum conjecturae. Solanus proposuit ἔργων, quod sententiae bene convenit, litterarum ductibus adversatur; Belinus iuepte δόρπων. Jacobsius ad Anth. III p. 159 non male λόγων. Attamen quae fiunt πρὸ τῶν λόγων certe fiunt interdiu, neque hic de diurna, sed de nocturna librorum lectione quaeritur. Quamobrem scribendum censeo πρὸ τῶν λε-



χῶν i. e. πρὸ τῆς συνουσίας, ut significetur tempus verbis ἐπιτεταμένοις ἤδη ἐκείνοις contrarium. Bachm. Anecd. I p. 289, 25: Λέχος· συνουσία· κόλη· μῆξις. Soph. Trach. 513: οἱ τὸτ' ἀλλοεῖς ἦσαν ἰέμενοι λεχέων. Quam acerbè his iste homo a libris legendis prorsus abhorrere aut saltem turpis tantum argumenti libris animum advertere dicatur, non est quod moneam. [Indicta nolo, quae modo posui, quum sententiam ita habeamus aptissimam, quamvis concedendum est, vocem λέχος ea significatione quantum sciam a poëtis solis frequentari. Tamen non possum, quum fatear, vulg. πρὸ τῶν λόγων aliquo modo defendi posse collato Pseudologistae, qui libellus in simili argumento versatur, cap. 31: οὐ γὰρ ὅσιον ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐστίαν τοὺς ταῦτα διατιθέντας καλεῖν καὶ φιλοτησίας προπίνειν καὶ ὄψων τῶν αὐτῶν ἀπτεσθαι. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο ἔστω τὸ ἐπὶ τοῖς λόγοις, φιλήματα, καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς οὐ πρὸ πολλοῦ ἀποφράδα σοὶ ἐργασαμένους τὸ στόμα. Vertitur: „Verum neque illud fiat quod post sermones solet, oscula“; mallet equidem *inter* sermones, ut ἐπὶ τῷ δείπνῳ est *inter* coenam. Tox. 44; VH. II, 15 al.; ἐπὶ δάκρυσι *cum* lacrimis cet. Οἱ λόγοι sunt sermones, quales in conviviis habentur, λόγοι ἐπὶ τῇ κύλικι s. ἐπικύλικει (Hemst. ad Luc. Tim. 55); cf. Petron. 41: „Nos libertatem sine tyranno nacti coepimus invitare convivarum sermones.“ De exosulatione, puerorum praesertim, inter bibendum solita ceteraque luxuriosorum hominum in conviviis lascivia et turpitudine, multa discas ex Luc. Conv., Persio, Juvenale, Petronio. Cf. Petron. 41: Laudavimus dictum Trimalchionis et circumeuntem puerum sane perbasiamus.“ Ibid. 60: „Nos etiam veram imaginem ipsius Trimalchionis, quum jam omnes basiant, erubuimus praeterire.“ 64. 74. Quamobrem non repugno, si quis servatis verbis πρὸ τῶν λόγων tempus, quod sermones con-



vivales i. e. ipsam coenam proxime antecedit, significari putet, cui opponatur illud, quo finita coena jam in nequitiam turpitudinemque convivarum lascivia converti solet. Simili modo λόγος et πότος conjunguntur MC 18: τὸ δ' οὖν συμπόσιον ἔλον ἐκείνο σὺν ἐστὶ καὶ περὶ σοῦ οἱ πλεῖστοι τῶν λόγων — ἀποτετινομένου τοίνυν τοῦ πότου καὶ λόγων ἐπὶ λόγοις γιγνομένων κ. τ. λ.] Restant verba suprema ἀλλὰ πρὸ σκότους; μηκέτι μὴ τολμήσης τοιοῦτο μηδέν, quae pessime distinguuntur in ed. Lehm.; melius Jacobitz., quem secuti sumus. Sed quid est ἀλλὰ πρὸ σκότους? Num tempus, quod tenebras antecedit i. e. postmeridianum jam vespere die designatur? Sed de die satis dictum est, item de nocte; ineptum est hominem interrogare, si neque noctu neque interdiu legat, num id ante tenebras faciat. Praeterea vix credam haec verba a sequentibus interrogationis signo separari posse. Sine ulla dubitatione scribendum ἀλλὰ πρὸς Κότυος (sive Κοτυτοῦς) μηκέτι μὴ τολμήσης τοιοῦτο μηδέν. i. e. „at per Cotyn (sive Cotyto) noli amplius tale quidquam facere.“ Κότυς s. Κοτυτὼ fuit dea foedarum libidinum praeses, a Thracibus primo, postea a Corinthiis, Atheniensibus, Romanis culta, cujus sacerdotes Baptae dicebantur. Suid. Κότυς δαίμων παρὰ Κορινθίους τιμώμενος ἔφορος τῶν αἰσχρῶν. Schol. ap. Hoesch. ad Ann. Comn. Alex. p. 58, 3: Ἡ Κοτυτὼ ἦτις καὶ Κότυς καὶ οἱ Κονίσσαιο θεοὶ ἦσαν τῶν αἰσχρῶν ἔφοροι. Ejus fabulam Eupolis tractaverat in comoedia, cui Baptis nomen est, qua Alcibiadem aliosque effrenatae libidinis homines acriter persecutus erat. Cf. Schol. Juv. 2, 92; Hesych. Κοτυτώ; Strab. X p. 324; Lob. Aglaoph. p. 1007 sqq.; Meinek. Quaest. scen. I, p. 41 sqq.; Ruperti ad Juv. II. Commode haec dea invocatur propter Bapta modo commemoratos. En tibi totum locum ita pristinae integritati redditum: Τοῦτο γοῦν καὶ



μάλιστα θαυμάσειεν ἂν τις, τίνα ποτὲ ψυχὴν ἔχων ἄπτει τῶν βιβλίων, ὅποιας αὐτὰ χερσὶν ἀνελίττεις; πότε (male Dindf. ποτὲ) δὲ ἀναγίνωσκεις; μεθ' ἡμέραν; ἀλλ' οὐδεὶς ἐώρακε τοῦτο ποιῶντα. ἀλλὰ νύκτωρ; πότερον ἐπιτεταμένος ἤδη ἐκείνοις ἢ πρὸ τῶν λεχῶν; ἀλλὰ πρὸς Κότυος μηκέτι μὴ τολμήσης τοιοῦτο μῆδέν. ἄφες δὲ τὰ βιβλία καὶ μόνον ἐργάζου τὰ σαυτοῦ (i. e. τὰ αἰσχροῦ). Solet autem noster, ubi libidinosos homine increpat, turpitudinis daemones in partes vocare. Pseudol. 16: πρὸς Ἀδώνιδος. ibid. 11: πρὸς Πανδήμου καὶ Γενετυλλίδων καὶ Κυβήβης. Adv. Ind. 3: πρὸς τῆς Λιβαντίδος, ubi vid. Gesnerus, qui, quantum in ejusmodi jurandi formulis insit acerbitalis, bene intellexit. Ceterum pron. σε ad ποιῶντα intelligendum, non adscribendum esse moneo propter Jacobitzium, qui Ind. 20: λοιπὸν οὖν δὴ ἐκεῖνο πεπεισμένον ὑπὸ τῶν κολάων perperam σὲ inserendum censuit.

De cal. non tem. cred. 3: Ὁ δὲ Πτολεμαῖος ὡς ἂν κάρτα οὐ φρενήρης τις ὢν, ἀλλ' ἐν κολακείᾳ δεσποτικῇ τετραμμένος οὕτως ἐξεκαύθη καὶ συνεταράχθη—. Ita Jacobitz. et Dindf. ex AC, quos miror egregiam Gesneri emendationem, ad quam omnes ducunt codd. discrepantiae, plane neglexisse. Vir summus de Luciano multo melius, quam vulgo credunt, meritis ita scribi jussit: ὁ δὲ Πτολεμαῖος, ὡς ἂν καὶ τᾶλλα (scrib. τᾶλλα) οὐ κάρτα φρενήρης τις ὢν κ. τ. λ. Optime notavit, vocem φρενήρης, Atticis inusitatum, aliquoties apud Herod. legi e. g. III, 30. Καμβύσης δὲ ὡς λέγουσιν Αἰγύπτιοι αὐτίκα διὰ τοῦτο τὸ ἀδίκημα ἐμάνη, ἐὼν οὐδὲ πρότερον φρενήρης. Κάρτα, quod est ionicae dialecti, rarissime invenitur apud Atticos soluta oratione scribentes; Lucianus praeter libellos ionica dialecto compositos *bis* tantum, h. l. et Sat. 24<sup>20</sup>): καὶ παρὰ τοῖς κροτάφοις πάνυ λάσιον καὶ κάρτα ἐκκεν-

20) Qui locus desideratur in Ind. Jacobitz.



τοῦν usurpavit. Qua re perpensa non dubitandum est, quin nostro hoc loco vel Herodoti vel alius cujusdam ionici scriptoris verba obversata sint. Librarii vero, saepe Lucianum οὐ πάνυ, nunquam fere οὐ κάρτα dicere recordati, voci κάρτα voc. πάνυ superscripserunt, quod sensim genuinae vocis locum ita occupavit, ut illa vicissim spurio vocabulo superscriberetur. Quo facto κάρτα suo loco motum propter litterarum similitudinem ad καὶ τὰ delatum has effecit scripturas: ὡς ἂν κάρτα καὶ τὰ ἄλλα οὐ π. φρ. τ. ὦν, et ὡς ἂν κάρτα καὶ τᾶλλα (τ'ἄλλα) οὐ π. φρ. τ. ὦν, quae posterior invenitur in G. et ed. Reitz. Jam κάρτα falso in loco collocatum librarios mire turbavit. D: ὡς ἂν κα τα (i. e. καὶ τὰ) ἄλλ' οὐ π. φρ. τ. ὦν, cui paene consentit F: ὡς ἂν κάρτα ἄλλ' οὐ π. φρ. τ. ὦν. Q: ὡς ἂν κάρτα τ' ἄλλ' οὐ π. φρ. τ. ὦν, P: ὡς ἂν κάρτα γ' ἄλλ' οὐ π. φρ. ὦν, omisso τις. Paulo ineptius V: ὡς ἂν κάρτα ἄλλ' οὐ πάντα φρ. τ. ὦν. Omnibus hisce scripturis satis demonstratur, verbum τᾶλλα s. τὰ ἄλλα genuinum esse, quod quum κάρτα ante scripto non intelligeretur, ab iis, qui codd. AC confecerunt, ita omissum est, ut κάρτα falso loco maneret, πάνυ prorsus ejiceretur. Male igitur horum codd. scripturam, cui etiam usus Luciani adversatur, receperunt Jacobitz. et Dindf. Nam etsi Hom. II. 5, 406 dixit: οὐδὲ τὸ οἶδε κατὰ φρένα Τυδέος υἱός "Ο τι μάλ' οὐ θηναίος, θς ἀθανάτοισι μάχεται, Lucianus semper scribit οὐ πάνυ, οὐ πάνυ — τις cf. Jacobitz. ad Tim. 2 p. 2. De voce. τὰ ἄλλα cf. Catapl. 14: καὶ τὰ ἄλλα ὄντες θρασεῖς δειλοὶ πρὸς ταύτην εὐρίσκονται. Ad sententiam simile est Xenoph. de Phoebida Lacedaemonio judicium H. G. V, 2, 28: καὶ γὰρ ἦν τοῦ λαμπρόν τι ποιῆσαι πολὺ μᾶλλον ἢ τοῦ ζῆν ἔραστής, οὐ μέντοι λογιστικός γε οὐδὲ πάνυ φρόνιμος ἐδόκει εἶναι.



Ibid. 5. Describitur pictura Apellis Ephesii: καὶ μὴν καὶ ἄλλαι τινὲς δύο παρομαρτοῦσι προτρέπουσαι καὶ περιστέλλουσαι καὶ κατακοσμοῦσαι τὴν Διαβολήν. ὡς δέ μοι καὶ ταύτας ἐμήνυσεν ὁ περιηγητὴς τῆς εἰκόνας, ἡ μὲν Ἐπιβουλή τις ἦν, ἡ δὲ Ἀπάτη. Κατόπιν δὲ ἠκολούθει πάνυ πενδικῶς τις ἐσκευασμένη, μελανείμων καὶ κατεσπαραγμένη, Μετάνοια καὶ αὕτη ἐλέγετο· ἐπεστρέφετο γοῦν ἐς τοῦπίσω δακρύουσα καὶ μετ' αἰδοῦς πάνυ τὴν Ἀλήθειαν προσιοῦσαν ὑπέβλεπεν. Duplici vitio hic locus laborat. Primum quae vulgo leguntur ἡ μὲν Ἐπιβουλή τις ἦν repugnant usui Graecorum, qui τις cum nominibus propriis conjungunt, ubi aut similitudinem quandam indicaturi sunt (Fr. Quaest. p. 16), aut de hominibus rebusque ignotis aut cum contemptu loquuntur. Unde eo, quem obtinet, loco tolerari non posse elucet; quod praeterea probatur vocibus Ἄγνοια, Διαβολή, Ἀπάτη aliis, quae supra et Pisc. 16 sine pronomine indefinito efferuntur. Qua re commotus jubente Solano Lehm. τις ejecit. Quod non probo; legendum potius ἡ μὲν τις Ἐπιβουλή ἦν, ἡ δὲ Ἀπάτη, ut solet Lucianus. Anach. 24: τὸν μὲν τινα ποκτεύειν, τὸν δὲ παγκρατιάζειν διδάσκομεν. Icarom. 19: καὶ ὁ μὲν τις τὴν κόπρον ἐκφέρει, ὁ δὲ ἀρπάσας —. Paras. 39. al. [Simili transpositione E. E. Ch. Schneider Char. 3 pro vulg. ἀρ' οὖν ὁ Καύκασος ἐπιτήδειος ἢ ὁ Παρνασὸς ὑψηλότερος ἢ ἀμφοῖν ὁ Ὀλυμπος ἐκείνοσιν scripsit ἢ ὑψηλότερος ἀμφοῖν, cui conjecturae favet Ovid. Met. II, 224: Caucasus ardet Ossaque cum Pindo majorque ambobus Olympus, et VII, 225: Pindusque et Pindo major Olympus.] Deinde majus etiam mendum inest in verbis quae subsequuntur: Μετάνοια καὶ αὕτη ἐλέγετο. Vulg. δὲ καὶ, sed ADFG δὲ omitunt. Jacobitz. conjecit Μετάνοια δὲ αὕτη ἐλέγετο, quod, etsi per se ferri possit, vetat sequens γοῦν; non certo enim pronuntiat, sed dubitanter significat scriptor illam fuisse



Poenitentiam, quippe quae lacrimans retrorsum respexerit et cum pudore accedentem Veritatem intuita sit. Optime ad sententiam et ex consuetudine Luciani Jacobsius emendavit Μετάνοια οἶμαι, quod recepit Dindf. Cf. Herod. 5: Ὑμέναιος οἶμαι ἔστιν. Attamen quum aliquantum differat vulg. scriptura, equidem propono: Μετάνοιά μοι δοκεῖ αὕτη ἐλέγετο, μοι propter antecedentium litterarum similitudinem omissum, δοκεῖ in δὲ καὶ depravatam esse arbitratus. Cf. supra Ἄγνοιά μοι δοκεῖ καὶ Ὑπόληψις. Philops. 25: ὁ μὲν τις ὥσπερ βασιλεὺς ὁ Πλοῦτων μοι δοκεῖ καθῆστο, ubi male Dindf. Solanum secutus μοι δοκεῖν edidit; vid. Fritzs. Quaest. p. 25 sqq. De ἐλέγετο i. e. appellabatur cf. D. Mer. 5, 3: Μέγιστος γὰρ ἐγὼ λέγομαι.

Macrob. 15. Συνατροκλής δὲ ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς ἔτος ὀγδοηχοστὸν ἤδη γεγονῶς ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς βασιλεύειν ἤρξατο καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτὰ. Ita ex B Jacobitz. et Dindf. Vulg. Συναρθοκλής. AF: Συνατρούκλης. Συναθροούκης conj. Wesseling. ex Vaillant. Arsac. p. 78. Vaillantii librum inspicere non licet; recte vero Wesselingius, si modo scripseris Συνατρούκλης, quod suadet etiam accentus in AF locus. Namque Phlegon apud Westerm. Paradoxogr. p. 210, 5: Καὶ Συνατρούκην, inquit τὸν Πάρθων βασιλέα τελευτήσαντα διεδέξατο Φραάτης ὁ ἐπικληθεὶς θεός. Mortuus est autem Sinatruces auctore Phlegonte Ol. 177, 3, eodem anno, quo Virgilius natus est, a Chr. 70, u. c. 684. — Eiusd. lib. c. 10 pessime legitur ἐτελεύτα νοσῶν. Scribe νόσῳ, ut 15. 16. 17 recte editum est. Graeci aut νόσῳ τελευτᾶν, ἀποθνήσκειν (e. g. Arr. Anab. II, 15, 4) dicunt, aut νοσήσαντα ἀποθνήσκειν, ut 16. 22. Plut. Pericl. 31; ἀπέθανε μελαγχολήσας Luc. Alex. 34.

Cynic. 1: Τί ποτε σύ, οὗτος, πώγωκα μὲν ἔχεις καὶ κόμηγν, χιτῶνα δὲ οὐκ ἔχεις καὶ γυμνοδερχῆ καὶ ἀνυποδητεῖς—; In-



epte legitur γυμνοδερχῆ. Guyetus, Menagius, Gesnerus, Schneiderus in lex. γυμνοδερχῆ, cute nuda es, sed neque γυμνοδερχεῖσθαι neque γυμνοδερμεισθαι Graecis notum est. Lob. ad Phryn. p. 624: γυμνός θέρη i. e. ελληθερεῖς, quod quodammodo commendatur Philostr. V. Apoll. 6, 6: Γυμνός δὲ ἐστάθαι κατὰ ταυτὰ τοῖς ελληθεροῦσιν Ἀθήνησιν et Xenarch. Athen. XIII p. 569. B. Vide tamen an scribendum sit γυμνός ἔρχη ad exemplum Homericum χαμαὶ ἐρχομένων ἀνθρώπων II. 5, 442, quo noster Herm. 5 et Icarom. 6 usus est. Quamquam alias ἔρχεσθαι veniendi notione frequentat Lucianus.

His paullo uberius expositis satis superque cognoscetur, permultos Luciani restare locos, qui foedis vitiis corrupti jaceant virorumque doctorum curas impense efflagitent. Complures dialogos plane praetermisi, non quo in iis diligenti interpreti nihil operae reliquum sit, sed quia pauca tantum hinc inde ad expoliendum facetissimum scriptorem eligere in animo erat. Sed priusquam scribendi finem faciam, alios quosdam locos aut levioribus mendis affectos aut nullo jure ab editoribus turbatos brevibus tractabo et quid de iis sentiam doctorum judicio submittam.

Prom. s. Cauc. 2: ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς γε, ὦ Ἥφαιστε καὶ Ἑρμῆ, κατελεήσατέ με παρὰ τὴν ἀξίαν δυστυχοῦντα. Male Halmius Sched. Darmst. 1841 p. 1317: κατελεήσατε. Καὶ, quod est nostrum *doch, wenigstens*, saepissime cum imperativo conjungitur cf. infr. 13: ἢ σὺ δεῖξον καὶ ἓν τι μικρότατον — ut recte edidit Jacobitz. ex B; vulg. δεῖξόν τι καὶ ἓν τ. μ. D. Mort. 13, 6: σὺ δὲ καὶ τὸ Ἀθήνης ὕδωρ χανθὸν ἐπισπασάμενος πίε—. Catapl. 13: καὶ ἰδιώτην με ποίησον. Ibid. 20: ὅμως καὶ μικρόν τι ἐς τὸ ἔδος ἐπιστέναξον. Imag. 3: καὶ τὸ εἶδος ὡς οἶόν τε ὑπόδειξον τῷ λόγῳ. Minus recte



de hujus particulae usu judicavit Rostius Gramm. §. 120. 5. d. p. 590. Paulo post Dindorf. perperam delevit τὸ κατελεήσατε, quae Promethei verba, quum a Mercurio cum vi repelantur, mordicus tenenda sunt. — DD 24, 2: ἐκ γυναικῶν δυστήνων. Usus Luciani γυναιῶν flagitat; solet enim ubi δύστηνος cum contemtu dicitur, deminutiva<sup>21</sup>) ponere. DD 10, 2: δυστήνου γυναιῶν ἔνεκα. MC 2: τὸ δύστηνον σκαφίδιον. D. Mort. 15, 2: τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον. MC 17 (Bis Accus. 16; Herm. 79): ῥημάτια δύστηνα. Gall. 26: ῥάκια δύστηνα. Pseudol. 19: τὸ δύστηνον ἐκεῖνο πυργίον. Fug. 20: τὸ δύστηνον τριβώνιον. Dem. male gest. leg. p. 258: δύστηνα λογάρια. MC. 37: ἐφεστρίδιον ἄθλιον. D. Mer. 12, 2: γύναιον ἄθλιον. — *Catapl.* 12: Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ἔοικε γάρ τι μέγα, παμμέγεδες εἶναι. Ita solus Jacobitz. in ed. maj. ex A. Vulg. μέγα desideratur. Vereor, ut recte addi possit, quamquam non absimile est, quod legitur in Pythiae oraculo apud Athen. XII, 520 A: Εὐδαίμων, Συβαρίτα, πανευδαίμων σὺ μὲν αἰεὶ Ἐν θαλίῃσιν ἔσῃ—, nisi quod ibi interponitur vocativus. Lucianus quomodo ejusmodi gradationes efferat, disces ex libro de consc. h. 8: μέγα τοίνυν, μᾶλλον δὲ ὑπέρμεγα τοῦτο κακόν, ubi pauca notavit Herm. — *Alex.* 16: εἶτά μοι ἐπινόησον οἰκίσχον οὐ πᾶν φαυδρόν—. Bene Jacobitz. conjecit ἐννόησον, uti solet Lucianus. Idem restituo c. 4, ubi vulg. ὅλως γὰρ ἐπινόησον μοι καὶ τῷ λογισμῷ διατύπωσον—. Ἐννοεῖν est in mente tenere, mente volutare, mente effingere, *im Sinne haben, bedenken, sich vorstellen*; ἐπινοεῖν excogitare, *ausdenken, auf*

21) Recte quidem Lobeck. Paralip. I p. 305 not. monuit voc. γύναιον, non, ut vulgo credunt, formam deminutivam subst. γενή sed neutrum adjectivi γύναιον esse; tamen deminutivi partes sustinere certum est.



*Etwas denken.* Tamen nonnumquam ἐννοεῖν, ut latioris significationis vocabulum, invenitur, ubi ἐπινοεῖν expectaveris. Prom. in vb. 3: ὡςπερ ἐκεῖνος οὐκ ὄντων ἀνθρώπων τέως ἐννοήσας αὐτοὺς ἀνέπλασε. Catapl. 49: καλῶς δ' Ἐρμῆς ἐνενόησεν, ubi nihil mutandum. Defenditur enim Xen. loco Anab. II, 2, 10: ἢ ἄλλην τινὰ ἐννενοηθέναι δοκεῖς ἔδδν κρείττω; , qui idem III, 1, 6: τὴν ἔδδν, ἦν ἐπινοεῖ. Icarom. 8: ἐννοεῖν ex codd. opt. jure a Jacobitz. restitutum est. — Zeux 1: ὦ τῆς καινότητος, Ἡράκλεις τῆς παραδοξολογίας, εὐμήχανος ἄνθρωπος. Dindf. ἄνθρωπος, prob. Halm. Sed vulg. recte habet. D. Mort. 13, 5: γόης, ὦ Διόγενες, ἄνθρωπος καὶ τεχνίτης, ubi perperam Matth. ὁ ἄνθρωπος. Exempla suppeditat Fritzschi. Quaest. p. 78, cui apud Demosthenem, ubi de Philippo agitur, ἄνθρωπος tuenti non adstipulor. Parum in hac re constans est Dindorfius, qui Tim. 7 vulg. λάλος ἄνθρωπος καὶ θρασὺς recte servaverit. — Ibid. 8: εἰδὼς γὰρ τούτους ἀλκίμους ὄντας i. e. Galatas. Voc. τούτους, in quo collocando variant codd., ejecit M, quod verum est. Saepe enim voces in codd. variis locis collocatae delendae sunt. Cujus rei praeter alia permulta exemplum habemus Tox. 25: καὶ ἡ θυγάτηρ σου ἄξιον τοῦ γένους εὐρήσει νυμφίον τινά. A: τινὰ εὐρήσει νυμφίον. B: εὐρ. τινὰ νυμφίον. Equidem auctoritate codicis Florentini<sup>22)</sup> prorsus exstinguo. — Scyth. 6: ἀλλ' ἐκεῖνο δέδία μὴ δυσπρόσ- οδος καὶ ἐν παρέργῳ θῆται σου τὴν ἔντευξιν. Halmius Sched. Darmst. 1841. p. 1325 conj. μὴ ἦ. Minime. Non solum indicativus, sed etiam conjunctivus verbi εἶναι, praesertim in tertia persona, nonnumquam omittitur. Cal. 24: ἦν δὲ

22) Cujus in Tox. varias lectiones humanissime mecum communicavit Fritzschi, V. Cl.



ἀγεννέστερος καὶ ταπεινότερος sc. ἤ. Catapl. 2 ἐπειδὴν δὲ καιρὸς (sc. ἤ) κατιέναι, ubi bene de ea re disseruit Jacobitzius. Cf. etiam Maetznerum ad Antiph. V, 32 p. 216. Tamen Pseudol. 14: ὡς ἐκμάθῃς τὰ λεγόμενα καὶ σοὶ ἀκοῦειν ἡδέα nescio an recte Jacobitz. conjecerit ἤ ἡδέα, quod recepit Dindf. Certe exempla a Jacobitzio et Maetznero collecta aliquanto differunt. — *De Conse. H.* 57 verissima est C. F. Hermanni emendatio: οἶον ὄρᾳς (τι) καὶ Ὅμηρος ὡς μεγαλόφρον ποιεῖ, quam miror paullo dubitantius a viro clarissimo propositam esse. Locis ab ipso p. 334 laudatis addo *D. Mort.* 25, 2: οἶα πρῶην, Ἀχιλλεῦ, πρὸς τὸν Ὀδυσσεά σοι εἴρηται περὶ τοῦ θανάτου ὡς ἀγεννῆ καὶ ἀνάξια. — *Alciph.* II, 1: οἶον δὴ καὶ βλέπεις τότε ὡς πικρὸν καὶ πολεμικόν. — *Ver. Hist.* II, 33: Ἰριδι τὴν χροῖαν ὁμοιάτατος. Scribendum ἰριδι. Respicitur enim *Hom. Il.* 11, 27: κύνειοι δὲ ὄράκοντες ἰρισσιν ἑοικότες. cf. *Ibid.* 17, 547. — *Tyrann.* 5: ἐκεῖνος (ἦν) ὁ τοὺς ἐφῆβους ἀνασπῶν, ὁ ἐνουβρίζων τοῖς γάμοις ἐκεῖνο ἀπαρθένοιο ἀνήγοντο. Gesneri conjectura ἀποσπῶν i. e. exsecans, quamvis probata a Lehmanno, ferenda non est, quum exsecandi significatione verbum ἀποσπῶν ab infimae tantum Graecitatis scriptoribus usurpari vir doctissimus demonstraverit, et adolescentulorum evirationes, ut a Graecorum moribus alienae in tyrannorum flagitiis nunquam a Luciano memorentur. Contra saepe ephobos tyrannorum probrosis libidinibus petitos dicit, quamobrem hoc loco ἀνασπῶν retinendum et de tyranno adolescentulos cum vi (in arcem nimirum ad inferendas contumelias) rapiante intelligendum arbitror. Quae interpretatio, certe a solita verbi ἀνασπῶν notione non abhorrens, satis probatur his locis: *Phal.* I, 4: ὕβρεις δὲ παρθένων ἢ ἐφῆβων διαφθοραὶ ἢ γυναικῶν ἀπαγωγαί. Catapl. 26: παρθένοιο διαφθείρων καὶ ἐφῆβους καταισχύνων καὶ πάντα τρόπον τοῖς ὑπηκόοις ἐμ-



παροινῶν. *Ibid.* οἱ μὲν γυναικῶν ἕνεκα εὐμόρφων ἐπιβουλευθέν-  
 τες, οἱ δὲ υἱέων ἀπαγομένων πρὸς ὕβριν ἀγανακτήσαντες.  
*Ibid.* 27: καὶ τὰς τῶν ἐφήβων ὕβρεις καὶ τὰς διαφορὰς  
 τῶν παρθένων. Eodem modo intelligenda sunt quae proxime  
 sequuntur οἱ παρθένοι ἀνήγοντο i. e. constuprandae (in  
 arcem) perducebantur, neque opus est ἀπήγοντο, quod Jen-  
 sio ad Tim. 16 in mentem venit, quamquam de ea re  
 alias usitatum esse ἀπάγειν multis exemplis idem ll. pro-  
 bavit. — *Ibid.* 6: μάλιστα δὲ ἐκεῖνο ἐλύπει τὸ εἰδέναι —  
 πονηρὸν κληρονόμημα γενησόμενον τὸν δῆμον. Ita vulg. in-  
 epte. AC πονηρῶ. Scribendum est πονηρῶν i. e. (doleo)  
 malorum quasi heredum populum futurum esse. Πονηροὶ  
 dicuntur tyranni c. 1. 2. 9. 11. — *Alex.* 23. Alexander,  
 celeberrimus impostor, magnam pecuniam parare dicitur  
 ἀνὰ δέκα καὶ πεντεκαίδεκα χρησμούς τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ ἀπλη-  
 στίας ἀναδιδόντων. Injuria in voce ἀναδιδόντων haesit Jaco-  
 bitzius. Χρησμοὶ hoc loco sunt libelli, quibus de certis  
 quibusdam rebus oracula sibi dari petebant, *Orakelgesuche*,  
 ut c. 54: μίαν ἐρώτησιν ἐρωτήσας ἐπέγραψα τῷ βιβλίῳ κατὰ  
 τὸ ἔθος τοῦ δεῖνος χρησμοὶ ὀκτώ. Χρησμὸν ἀναδιδόναι  
 igitur est *ein Orakelgesuch einreichen*. Cf. γραφὴν ἀναδιδόναι  
 Bis. Acc. 13. — *Ibid.* 14 cum Jacobitzio probo vulg. τόχη  
 τῆ ἀγαθῆ. Miror vero, quod nusquam se τόχη ἀγαθῆ in-  
 venisse dicit vir doctissimus. Invenitur certe apud Ni-  
 costr. Athen. XV, 693. A; Ar. Eccl. 131; Av. 436. 675 al.  
 — *Ibid.* 48 Jacobitzius ex BV edidit ἔχων γὰρ οὐ μικρὰν  
 ἐπὶ τὰ βασίλεια καὶ τὴν αὐλὴν τὸν Ρουτιλλιανὸν πρόσοδον,  
 quem sequitur Dindorfius. Vulg. post μικρὰν inseritur ἐπί-  
 βασιν. Constat utrumque vocabulum ferri non posse; sed  
 utrum delendum sit, dubites. Equidem recte censeo Ja-  
 cobum Seidleri rationem πρόσοδον quinque codd. auctori-  
 tate ut vocis ἐπίβασιν glossema delentem secutum esse. Ἐπί-



βασιν propter sequentium verborum ἐπὶ τὰ βασίλεια similitudinem a librariis neglectum eoque omisso, ne manca esset oratio, quod in margine adscriptum legebatur πρόσ-  
 οδον insertum videtur. Similiter App. Civ. I, 37: οἱ ἵππεῖς ἐπίβασιν ἐς συκοφαντίαν τῶν ἐχθρῶν τὸ πολίτευμα αὐτοῦ τιθέ-  
 μενοι. Herod. VI, 61, ubi vid. Schweigh. — *Ibid.* paullo post Jacobitz. conjecit ὁ θεὸς Μάρκος, vulg. θεὸς M. Sane plerumque ponitur articulus, sed ubi deest, noli desiderare. Macrob. 23: θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ. *Ibid.* 21: Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ. Male igitur fecit Dindf. quod ὁ θεὸς recepit. — *Phal.* I. 8 φέρειν δὲ ἀνάγκη καὶ τὸ ἀναφυόμενον ἐκκόπτειν αἰεὶ κ. τ. λ. Multis multorum conjecturis voc. φέρειν turbatum est, nullo jure. Sententia est: *man muss es ertragen (als etwas nicht zu Aenderndes), sich dadurch nicht irre machen lassen.* — *Pro Imag.* 27 inter homines Deorum nominibus appellatos reeententur Ἐρμαῖοι, quos Solanus, Ἐρμαῖος nomen proprium exstare negans, in Ἐρμῆται mutavit. Lehm. Ἐρμαῖ, ab Ἐρμᾶς. Falluntur. Cf. Archipp. apud Athen. VI. 227, A (et VII, 312 C): Αἰγύπτιος μιανώτατος τῶν ἰχθύων κάπηλος Ἐρμαῖος. Nec raro in inscriptionibus inveniri docet Steph. Thes. Dindf. — *Tox.* 7: κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἳ μέχρι μὲν κατ' οὖρον ὁ πλοῦς εἶη, τοῖς φίλοις ἀγανακτοῦσιν—. Haesit Jacobitz. in optativo, conjectivum se recepturum dicens, si vel unus liber praeberet. Puto equidem defendi posse optativum, quo utuntur Graeci, ubi de re iterata vel ex mente ejus, de quo sermo est, loquuntur. Aliud optativi post μέχρι positi exemplum excitavit Dindf. in Steph. Thes. Xen. HG I, 3, 11: Φαρνάβαζος — περιέμενεν ἐν Χαλκηδόνι μέχρι ἔλθοι ἐκ τοῦ Βυζαντίου, ubi non erit, qui optativo vulg. ἔλθη anteponat. Sed ibi est bis. — *Ibid.* 14: τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἐκεῖνα ἐπ' αὐτὸν καθίει τὰ γραμμάτια καὶ συνεχῶς πεμπομένη



τὴν ἄβραν, ὡς ἐδάχρυσε κ. τ. λ. Frustra Jacobitz. p. 28 sq. demonstrare nititur, Graecos πέμπεσθαι forma media dixisse, quod nunquam factum est. Verissime locum intellexit Gesnerus, scribens περπομένην, ita ut duabus potissimum rebus meretrix contra juvenem uti diceretur, litteris amatoriiis et ancilla continuo missa. Quam interpretationem in posterum satis firmatum iri spero his locis D. Mer. 7, 4: μόνος σῦτος οὐ τέχνην εὔρηκεν ἐπὶ τὸν πατέρα, οὐκ οἰκέτην καθήκεν ἑξαπατήσοντα—; Plut. Pericl. 7: τῶν δὲ φίλους καὶ ῥήτορας ἑταίρους καθίεις ἔπραττεν. Latini ita dicunt allegare (Ter. And. V, 3, 28, ubi vid. interpp.), adhibere, subornare, submittere.

*Rhet. Praec.* 4: σὺ δὲ πρὸς Φιλίου Διὸς μὴ ἀπιστήσης. Διὸς, quod in a desideratur, recte delevit Reitz. Ita πρὸς Φιλίου legitur Herod. 7; Icarom. 3; Dips. 9; contra Tox. 12: ἴστω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ Φίλιος, postulante orationis gravitate. — *Ibid.* 10: καὶ ταῦτα ἐν εἰρήνῃ μῆτε Φιλίππου ἐπιόντος μῆτε Ἀλεξάνδρου ἐπιτάττοντος. In postremo voc. haesit Solanus. Jacobitz.: ἐπιταράττοντος. At nihil mutandum. Ἐπιτάττειν absolute positum significat dominari, tyranni more imperare, *gebieten*. Tyrann. 9: ἐπιτάττει δὲ οὐδεὶς. *Ibid.* 10: μὴ τις ἐπιτάττει; μὴ τις κελεύει; μὴ τις ἀπειλεῖ δεσπότης. Pittac. ap. Plut. de tranq. an. 11: γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί. Dem. Ol. II, 30: εἰ δὲ τοῖς μὲν ὥσπερ ἐκ τυραννίδος ὑμῶν ἐπιτάττειν ἀποδώσετε—<sup>23</sup>)

*Cal.* 12: Οἷόν τι καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐπὶ τῶν δρομέων γίνεται. Miratus duplex ἐπὶ diversis casibus junctum Solanus ὑπὸ τῶν δ. conjecit, quod Reitz. recepit. Sed ejusdem praepositionis in eadem sententia diversis

23) Hic voc. ἐπιτάττειν usus desideratur in Steph. Thes.



casibus conjunctae exempla non ita rara sunt. Cf. Cal. 18: ταξιαρχῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ καὶ τιμώμενος παρ' αὐτοῦ. Arr. Anab. I, 19, 1: Γλαύκιππος — ἐκπεμφθεὶς παρὰ Ἀλέξανδρον παρὰ τοῦ δήμου. Bis cum genit., sed diversa significatione παρὰ ponitur Somn. 12: ὁ δὲ Σωκράτης — δραπέτεύσας παρ' αὐτῆς ἠὲ τομὸλῃσεν ὡς ἐμέ, ἀκούεις ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται. 11

De Dom. 6: τὸν ἥλιον ὑπερκύψαντα εὐθὺς ὑποδέχεσθαι καὶ τοῦ φωτὸς ἐμπέπασθαι ἐς κόρον ἀναπεπταμένων τῶν θυρῶν. Guyet. conj. θυρίδων. Equidem vulgatam tueor. Θύραι h. l. haud dubie propter formae similitudinem dicuntur fenestrae januarum instar solum tangentes, *Fensterthüren*, quales oecorum Cyzicenorū proprias fuisse Vitruvius auctor est. Vid. Beck. Gall. I p. 91. — *Ibid.* 9 vereor ut recte fecerint Jacobitz. et Dindf., quod ex AB ὑψόροφον pro vulg. ὑφόροφον receperunt, qui iidem Cyn. 9 χρυσορόφων mutatum noluerint. De utraque forma vid. Lob. Phryn. p. 706.



# Fortsetzung der Schul-Chronik

von Ostern 1844 bis Ostern 1845.

## 1) Lehrer-Personal.

Unverändert haben in dem verfloffenen Schuljahre fungirt:

a) an dem Gymnasio  
außer dem Director die Herren

Conrector Dr. Raspe,

Subrector Krückmann,

Matthäi,

Reuter,

Dr. Burmeister;

b) an der Bürgerschule die Herren

Rector Zahn,

Dr. Ernst,

Drewes,

Breem, der auch das Cantorat verwaltet,

Quisow,

Bermehren,

Witt.

## 2) Frequenz beider Schulen.

a) Gymnasium.

### 1) Sommer-Semester:

Primaner 5, unter denen 3 Auswärtige.

Secundaner 11, " " 6 " "

Tertianer 17, " " 4 " "

Quartaner 16, " " 4 " "

Summa 49, unter denen 17 Auswärtige.

### 2) Winter-Semester:

Primaner 8, unter denen 5 Auswärtige.

Secundaner 8, " " 4 " "

Tertianer 15, " " 4 " "

Quartaner 21, " " 5 " "

Summa 52, unter denen 18 Auswärtige.



## b) Bürgerschule.

## 1) Sommer-Semester:

Classe 1.	13,	unter denen	8	Auswärtige.
" 2.	19,	" "	4	" "
" 3.	29,	" "	7	" "
" 4.	42,	" "	10	" "
" 5.	46,	" "	6	" "
" 6.	43,	" "	6	" "

Summa 192, unter denen 41 Auswärtige.

## 2) Winter-Semester:

Classe 1.	10,	unter denen	4	Auswärtige.
" 2.	20,	" "	3	" "
" 3.	26,	" "	8	" "
" 4.	41,	" "	13	" "
" 5.	50,	" "	8	" "
" 6.	47,	" "	5	" "

Summa 194, unter denen 41 Auswärtige.

## 3) Abiturienten.

Nach überstandener Prüfung verläßt Oftern d. J. die Schule der Primaner Friedr. Franz Carl Ernst Susemihl aus Laage, um Theologie und Philologie zu studiren.

## 4) Schulfeierlichkeiten.

Am 18. October, dem Feste aller Deutschen, redete Herr Matthäi über Deutschlands Gegenwart; und nächstdem der Primaner Arons über Carl den Großen und dessen Verdienste um Deutschland.

Am 31. October zur Feier des Reformationsfestes sprach der Director über die nächsten Wirkungen und Folgen der Reformation.

Am 28. Februar, dem Geburtstage Sr. Königl. Hoheit des Großherzogs wurden, außer mehreren Declamationen, Reden von eigener Arbeit gehalten von den Primanern:

Schumacher: über den ächten Patriotismus;

Blank: über die Schattenseite des altgriechischen Ruhmes; und

Arons: Cur, qui litteris sese tradunt, linguae latinae scientiam habere debeant.



## 5) Gesangunterricht.

Unser Gesangunterricht ist bisher von unsern Schülern viel zu wenig benutzt worden, daher wir uns, in Betracht der Wichtigkeit des Gegenstandes, veranlaßt sehen, die bisher freiwillige Theilnahme an diesem Unterricht von jetzt an, wenigstens für die beiden unteren Classen, und namentlich zunächst für Quarta, obligat zu machen. Freilich werden eigentliche Kunstfänger bei uns nicht gebildet werden können, aber eine bedeutende Vorbildung oder Begleitung für jeden anderen musikalischen Unterricht wird unsere Singschule zu gewähren im Stande sein, während sie daneben zu der harmonischen Ausbildung aller menschlichen Kräfte und Anlagen das Ihrige beiträgt in Ausbildung der menschlichen Stimme, als des vornehmsten und von der Natur selbst dem Menschen anerschaffenen musikalischen Instrumentes, dessen Töne das Gefühl des Hörers am tiefsten durchdringen und am stärksten ergreifen. Wir behaupten daher, daß, wenn die Musik im Allgemeinen auf die Milderung und Veredlung unserer Gefühle unmittelbar einwirkt, dieses bei der Vocalmusik mehr als bei jeder anderen Kunst der Fall sein müsse. Wir glauben dies um so mehr, weil unser Unterricht hauptsächlich den Zweck hat, die Choralmelodien einzüben, in denen unsere lutherische Kirche einen außerordentlichen Schatz besitzt, der nicht auf eine unwürdige Art dem rohen Gebrüll und Geschrei überlassen werden sollte, was leider in unseren Kirchen nur zu oft hörbar wird und nur allmählig durch einen guten und allgemeinen Schulunterricht beseitigt werden kann. Es ist daher unser dringender Wunsch, daß der Eifer des Herrn Cantor Breem mehr als bisher durch sorgfältige Theilnahme an seinem Unterricht die nöthige Anerkennung finden möge.

## 6) Turnanstalt.

Unsere Turnanstalt, welche seit einigen Jahren in der Nähe der Reimbahn mit der bereitwilligsten Unterstützung von Seiten eines hochverehrlichen Magistrats ist angelegt worden und welche sich im vorigen Sommer auch einer Geldunterstützung von Seiten Hoher Regierung zu erfreuen gehabt, ist seit längerer Zeit schon nicht mit dem Eifer, den sie verdient, von unsern Schülern benutzt worden. Ich halte es daher für dringend nothwendig, alle Eltern auf die großen Vortheile aufmerksam zu machen, welche aus einer sorgfältigen Theilnahme an einem Unterricht hervorgehen, der die wichtige Bestimmung hat, einer Entkräftung und



Verweichlichung des Zeitalters auch in unserer Sphäre entgegen zu wirken, einer Verweichlichung, die von einem höheren geistigen Culturzustande, und namentlich von den Gelehrten, als den Trägern desselben, sonst unabwendbar zu sein scheint. Wer möchte aber verkennen wollen, daß zugleich auch die in der Schule empfangene geistige Bildung durch eine ihr entsprechende körperliche Entwicklung ergänzt und unterstützt wird, indem nur ein gesunder Körper im Allgemeinen nicht nur jeden Lebensgenuß bedingt und die erhebenden Gefühle der Kraft und des Muthes erzeugt, durch die man sich selbst und Andere nicht nur aus Verlegenheiten und Gefahren rettet, sondern auch den Geist selbst kräftigt und williger und empfänglicher für die ihm eigenthümlichen Thätigkeiten macht! Da nun in gelehrten Schulen daneben noch erreicht wird, daß unsere Jünglinge durch eine so heilsame Beschäftigung von anderen weniger zu empfehlenden Befriedigungen ihrer Sinnlichkeit abgehalten werden, so erscheint dieser ganze Unterricht in einem so höchst wohlthätigen Lichte, daß eine Gleichgültigkeit dagegen ganz unbegreiflich wird. Die Aufopferungen der Lehrer, welche ihre wenigen Freistunden diesem Unterrichte widmen, verdienen an sich schon eine dankbare Berücksichtigung.

### 7) Lehrmittel.

Mit submissivem Danke haben wir auch in diesem Jahre die Munizipenz der hohen Regierung zu verehren, welche uns nicht nur den 7ten Theil der kostbaren Monumenta ed. Pertz zugesandt, sondern auch mit einem ansehnlichen Geldgeschenke versehen hat, um einen neuen Globus und Wandcharten, sowie andere ähnliche Lehrmittel, anschaffen zu können.

Desgleichen haben wir auch wiederholt von Seiten der hochverehrlichen Landesuniversität die auf derselben erschienenen academischen Gelegenheitschriften erhalten.

Von hiesigen Gönnern und Freunden unserer Schule sind uns indessen als Geschenke für unsere Bibliothek zugegangen und werden hier als empfangen noch einmal mit gehorsamstem Dank erwähnt:

- Von Hrn. Buchbinder Kneplein: Eylert, Characterzüge Fr. Wilh. III.  
 — — Studios. Löwenthal: Horatius ed. Orelli. Ed. 1. Vol. 1. 2.  
 — — Studios. Duvrier: Thucydides ed. Haake.  
 — — Dr. Raspe: Hall. litt. 3. S. 42 u. 43. 4.; Jahns Jahrb. 3. 42 u. 43; S. Maimon, über die Kategorien des Aristoteles.  
 — — Oberinspector v. Sprewitz: la Pucelle p. Voltaire; Ruge,



Sophoclis Oedip. in Col.; Ruge, die Platonische Aesthetik;  
Euler, Anleitung zur Algebra.

— — Stud. Susemihl: Sophocles ed. Matthiae u. Horatius ed.  
Fea-Bothe. Vol. 1.

— — Just. N. Trotsche: Hammers Gesch. des Osmanischen Reichs.  
11. Bände.

die Vieweg'sche Verlags-handlung in Braunschweig: Madwig, lat. Gramm.  
f. Schulen.

Von unsern Schülern haben die Bibliothek bereichert:

Marons aus Prima mit Boileau Oeuvres u. Blank aus Prima mit Ma-  
nutii Epp.

Ich selbst habe hinzugehan: Hellmuths populäre Astronomie; u. Heinrich  
Melchthal v. de Wette. 2 Thele.

8) Prüfung der Domschule am 13. März.

Vormittags 10 Uhr.

- 1) Sängerkhor.
- 2) Erste mathematische Classe. Quintus.
- 3) Rede des Abit. Susemihl: de variis Horatii ad vitam hilariter  
degendam adhortationibus.
- 4) Erste lateinische Classe. Conrector.
- 5) Zweite historische Classe. Dr. Ernst.
- 6) Entlassung des Abiturienten. Director.

Nachmittags 3 Uhr.

- 1) Zweite lateinische Classe. Sextus.
- 2) Vierte historische Classe. Quartus.
- 3) Dritte französische Classe. Sertus.
- 4) Dritte geographische Classe. Subrector.

9) Prüfung der Bürgerschule am 14. März.

Vormittags 10 Uhr.

- 1) Sängerkhor. Cantor.
- 2) Nolloff (I): L'histoire par Victor Hugo.
- 3) Erste Geschichtsclasse. Rector.
- 4) C. Ortstein (I): Der Löwenritt, von Ferd. Freiligrath.
- 5) Zweite physikalische Classe. Subrector.



- 6) Rathsfag (II): Das Schlaraffenland, von Sachs.
- 7) Zweite englische Classe. Dr. Ernst.
- 8) Fried. Elbrecht (II) The Vision of Belshazzar by Byron.
- 9) Dritte Geschichtsclasse. Drewes.
- 10) H. Scherping (III): Holger Dansver, von Viehoff.


Nachmittags 3 Uhr.

- 1) E. Wellhusen (III): Die drei Tellen, von D. Fr. Gruppe.
- 2) Vierte Religionsclasse. Cantor.
- 3) D. Berkan (IV): Die nächtliche Parade, von Zedlitz.
- 4) Dritte mathematische Classe. Vermehren.
- 5) E. Geist (IV): Der wandernde Zwerg, von Wegel.
- 6) W. Scherping (V): Der kleine Hydriot, von W. Müller.
- 7) Fünfte Rechenclasse. Quisow.
- 8) E. Schroeder (V): Die Sage vom Untergang bei Salzburg, von Vogl.
- 9) Hahn (VI): Die kleinen Leute, von Weiße.
- 10) Sechste geographische Classe. Witt.
- 11) H. Dittbern (VI): Der vermeinte Teufel, von Zimmermann.

Zu dieser Prüfung, welche in dem Hörsaale des Gymnasiums gehalten wird, ladet ergebenst ein

L. S. Sahn.





- (II): Das Schlaraffenland, von Sachs.
- englische Classe. Dr. Ernst.
- echt (II) The Vision of Belshazzar by Byron.
- chtsclasse. Drexel.
- (III): Holger Dansver, von Viehoff.
- Nachmittags 3 Uhr.
- 1) Die drei Tellen, von D. Fr. Gruppe,
- 2) Cantor.
- 3) Die nächtliche Parade, von Jedlig.
- 4) Dritte Classe. Vermehren.
- 5) E. Ge...
- 6) W. Sch... dernde Zwerg, von Wegel.
- 7) Fünfte M... kleine Hydriot, von W. Müller,
- 8) C. Schroet... von Untergang bei Salzburg, von Vogl.
- 9) Hahn (VI): ... von Weiße.
- 10) Sechste geograp... Ditt.
- 11) H. Dittbern (VI)... Teufel, von Zimmermann.

Zu dieser Prüfung dem Hörsaale des Gymnasiums gehalten wird, ladet ergeb.

L. S. Jahn.